MIRABILIA

VRBIS ROMAE NOVA recognita, et emendata, atq; in verum sensum reducta.

Anno Iubilei. M. D. L.



Murus vrbis Rome, habet trecentas ſexaginta ⁊ vnam turres. Propugnacula ſex milia ⁊ nonaginta, ⁊. xxii. milia Porticularia. In circuitu vero ſunt. xxij. excepto trans tyberim ⁊ ciuitate Leonina, et porticu S. Petri, vbi ſunt. xx. miliaria.

De portis infra Urbem.

Porte inclyte ſunt he. Porta capena, que dicit Sancti Pauli. Porta apia que ducit ad Domine quo vadis. Porta latina vbi Sanctus Joannes fuit miſſus in oleo. Porta metiana vbi riuulus influit vrbem. Porta aſinaria in Lateraneñ. Porta lauicana que maior eſt, que eſt iuxta ſanctam Crucem in hieruſalem. Porta taurina, vel tyburtina que Sancti Laurentij dicitur. Porta numentana que vadit ad ſanctam Agnetem virginem. Porta Salaria que vadit verſus ſanctam Sabinam. Porta pinciana que eſt circa eccleſiam ſancti Felicis. Porta Flaminea que eſt circa eccleſiam Sancte Marie de Populo. Porta Colina que eſt contra templum Adriani ſupra pontem.

¶ De portis trans tyberim.

Porte trans tyberim, ſunt tres. ſ. Porta ſeptimiana vbi. v. laudes facte fuerunt Octauiano Imperatori. Porta aurea. ſ. Sancti Pancratij. Porta portuenſis.

¶ In porticu Sancti Petri ſunt due porte. ſ. Porta Caſtelli Sancti Angeli, ⁊ porta Uiridaria.

¶ De montibus infra Urbem.

Mons Janiculus vbi eſt ſanctus Petrus, Mons taurinus qui dicitur Janitarius. Mons auentinus vbi eſt eccleſia ſancte Sabine. Mons quirinalis quia ibi ſtabant quirites, vbi eſt eccleſia ſancti Stephani que dicitur in Celiomonte. Mons tarpeius, vel Capitolium, vbi eſt Palatium Senatorum. Mons palatinus vbi eſt palatium maius. Mons inquilinus ſuper alios montes dicitur, vbi eſt baſilica ſancte Marie maioris. Mons vinalis vbi eſt eccleſia ſancte Agathe, vbi Uirgilius captus fuit a Romanis, qui viſibiliter exiens a carcere perrexit Neapolim.

¶ De pontibus Urbis.

Pontes vrbis Rome ſunt iſti. Pons Adriani, vel Judeorũ. Pons Fabiani iuxta prefatum Pontem. Pons Gratiani. Pons Senatorum, Pons Theodoſiis ⁊ Pons Ualentini.

¶ Palatia Imperatorum sunt hec.

Palatium magnum in monte palatino. Palatium senatuum prope Sanctum Sixtum. palatium Claudii inter Coliseum, et Sanctum Petrum ad vincula. palatiu Constantini in Laterano. palatium Romuli inter sanctam Mariam nouam et Cosmam, vbi sex edes pietatis, et cōcordie vbi posuit Romulus suam statuam dicens. Hec statua non cadet donec virgo pariet. Et statim cum beata Maria virgo peperit statuit corruit. palatium Traiani, vbi est columna. xx. passuum. palatium Siluestri. palatium Antonii, vbi est alia colūna. xxviii. passuum. palatium Neronis, vbi est angulea sancti Petri. palatium Octauiani ad sanctum Laurentium in Lucina.

¶ De arcubus triumphalibus.

Arcus triumphales sunt hi qui fiebant alicui Imperatori redeunti, sub quibus cum honore ducebatur a Senatoribus, et eius victoria ad memoriam eorum in arcu sculpebatur. Arcus Theodosii Valentini et Gratiani, Imperatorum ad sanctum Vitum. Arcus Constantini Imperatoris iuxta Coliseum. Arcus septem lucernarum Titi et Vespesiani, vbi est candelabrum Moysi cum arca habens septem brachia in pede turris calculatorie. Arcus Iulii et Senatoris adi sanctā Mariam nouam. Arcus Octauiani Impe. ad sanctu Laurentium in Lucina. Arcus antonii ad columnam.

¶ De arcubus non triumphalibus.

Alii sunt arcus nō triumphales sed memoriales vt est arcus pietatis ante sanctam Mariam rotundam vbi accidit quedā historia de paupere muliere cuius filius occisus erat a vicine sue filio, que petiit ius sibi fieri ab Imperatore Traiano parato ire ad exercitum, qui se ius dixit facturum in reditu, que respondit. Forsan domine non redibis. Qui statim fecit ibi consistorium, et fecit ei secundū q peticrat. Iudicauitq iuuenem homicidam moriturum quem mulier petiit sibi reddi pro recompensatione filii sui mortui, quod ita factum est, et mulier fatebatur se plenum ius recepisse, et mulier ditata ab Imperatore recessit.

¶ De Thermis.

Therme dicūtur palatia magna habentia maximas criptas subterraneas in quibus temp. re hyemali fiebat ignis maximus estiuo autem tempore replebantur aquis vt curia in superioribus cōmorant magis delectaretur q in thermis Dyo-

pero.

cletiani, et Maximiani adhuc videri pōt. Therme limpladis apud sanctum Laurentium in palisperna. Therme Domiciani, tyberine sunt retro Mariam rotundam. Therme Alexandrine vbi est hospitale de Thermis.

¶De Theatris.

Theatra sunt ista, Theatrū Titi, et Uespasiani ad cathecum bam. Theatrū Tarquini Imperatoris ad septisolium. Theatrum Pompei ad sanctum Laurentium in Damaso, et est ibi theatrum flamineum.

¶De Angulea sancti petri.

Ibi est memoria Cesaris, vbi splenditus cinis in suo sarcofagio idem malo ereo requiescit vt sicut eo viuente totus mundus ei subiectus erat sic ipso mortuo omnia corpora mortuorum sibi subiacerent vbi in giro mali scriptum est.

Cesar tantus erat quo nullus maior in orbe. Sed in modico nunc tam magnus clauditur antro. Intra scriptura stat Cesaris alta colūna. Regia structura quanta non extat in aula. Si lapis est vnus qua fuit arte leuatus. Et si sunt plures dic vt vbi congeries.

¶De Cimiterijs.

Cimiterium calepodij ad sanctū Pancratiū. Cimiterium sancte Agathe. Cimiteriū sancti Uiti ad portam colinam, sancti Felicis. Calixti ad cathecūbas. Cimiterium concordiani foris portam latinam, sancte Agnetis, et alia quā plura cimiteria que in multis locis descendebantur per tria miliaria vbi sancti abscondebantur.

Loca vbi sancti passi sunt.

Foris portam apiam fuit decollatus sanctus Sixtus prope Domine quo vadis, vbi fuit templum martis ante. s. nereum intus cauari. Ad Sanctū Georgium, domus Lucine et est ibi velum aureum aqua s. ... i. Ad Sanctum Anastasium vbi decollatus fuit sanctus paulus ortus Lucine, vbi est ecclesia sancti Pauli, et est ibi prope amphibiatum, vbi est corda, in qua iactatum fuit corpus Sancti Sebastiani, qui reuelauit corpus suum Lucine dicens inuenies corpus meum pendens in vico, per pedes iuxta stratam, que dicitur via Cornelij iuxta Girolum arcus Romanorum, vbi Beatus Siluester et Constantinus obligauerunt se abinde, vbi fuit domus telluris ante Martes Therme lampladis vbi fuit assatus sanctus Laurentius in palisperna. Palatium tiburtinum vbi Decius et Ualerianus recesserunt ab Laurentio

mortuo. Arcus flammens ad pontem iudeorũ transtyberim
infra palatium Neronis ⁊ templum appollinis quod dicitur
sancte Petronelle ante ecclesiam Sancti Petri fuit Vatica-
num, vbi vates.i.sacerdotes canebant sua officia.
Ante templum Appollinis fuit castrum Neronis vbi nunc
est ecclesia sancti Andree. In fastigio pantheonis.i. Marie
Rotunde fuit pinea erea de aurata que nunc est ante tem-
plum sancti petri que cooperta erat tabulis ereis deauratis,
ita ꝙ a longe videbatur quasi mons aureus, cuius pulchri
tudo adhuc partim apparet.

¶ De templis.

Ante palatium Alexandri fuit templum Enee ⁊ Pompei mi-
re pulchritudinis, Monumentum vero Pompei quod dicitur
marmoreum decenter ornatum, fuit oraculum Appolinis ⁊
ecclesia sancti Viti fuit secretarium Neronis, In palatio An
tonij. fit templum diui Adriani, In campo martis fuit templuꝫ
Martis, in quo eligebantur Consules quarto Kalen. Julij ⁊
⁊ morabantur vsqꝫ ad Kalen. Januarij. In hoc templo pone-
bant Romani rostra nauium vt essent specula omnium gen-
tium, Juxta pantheon era templum minerue, Apud Cyria-
cum erat templum Veste In calcari est templum Veneris,
Monasterium rose fuit Castellum Junonis.

¶ De Capitolio.

Capitoliũ dicitur quod erat caput totius mundi in quo Con
sules ⁊ Senatores morabantur ad consulendum Urbem. cu-
ius facies cooperta erat muris altis ⁊ aureis vitro ⁊ au-
ro vndiqꝫ coopertus. Infra capitolium fuit palatiũ pro ma-
gna parte aureum lapidibus preciosis exornatum quod dice
batur valere tertiam partem mundi, in quo tot statue erant
imaginum quot sunt mundi prouincie. Et habebat quilibet
imago tintinabuluꝫ in collo per artemathematicam disposi-
tum, vt quando aliqua Regio Popu. Roma. rebellis effice-
retur, statim huius prouincie imago vertebat dorsum imagi-
ni vrbis Rome que maior erat super alias tanquam domi-
na, ⁊ tintinabulum quod habebat in collo sonabat, tunc custo
des Capitolij dicebant id Senatui, statimqꝫ mittebant legio-
nes militum ad expugnandum prouinciam. Erant in Capito-
lio plura templa Super arcum erat templum Cesaris ⁊ Ve-
ste, vbi senatores ponebant Juliuꝫ Cesarem in Cathedra. vi.
Martij. Et ex parte Capitolij erat tẽplum Junonis. Juxta fo

rũ publicum erat templũ Herculis in tarpeio,⁊ ib.
interfectus est Julius Cesar a Senatu in loco vbi est
Ara celi,⁊ fuerunt templa simul iuncta. Palatium K
Carmetis vbi Octauianus vidit visionem suam in celo,
ta Caneparium est templum Jani qui erat Capitolii cu.

¶ De equis marmoreis.

Equi ⁊ homines nudi significant ꝙ tempore imperatoris Tiberij fuerunt duo philosophi iuuenes secundum Praxitellis, ⁊ Pitias,qui dixerunt se esse tante sapientie, vt quid imperator illis absentibus in camera sua diceret. Ipsi referrent de verbo ad verbum quod fecerunt vt dixerunt, ⁊ inde pecuniam non petierunt sed memoriam sempiternam, ita quod philosophi haberent duos equos marmoreos calcantes terram, qui significant principes huius seculi, quia nudi sunt circa equos significat quod altis ⁊ extensis brachijs ⁊ replicatis digitis narrabant que futura erant, ⁊ vt sicut nudi sunt ita scientia huius mundi in eoꝝ mentibus nuda ⁊ aperta est.

¶ De rustico sedente super equum.

Ad lateranum est equus ereus ⁊ deauratus qui dicitur caballus Constantini,sed non est sic, nam qui volunt scire verum hoc perlegant. Tempore consulum ⁊ Senatorum quidam rex potentissimus ex orientis partibus Romam venit, multa strage Romanum populum affligens tunc quidam Rusticus armiger magne fortitudinis virtutis, ⁊ prudentie, dicit consulibus ⁊ Senatoribus. Nunquid si esset aliquis liberans vos de tribulatione ista quid a Senatu recipere mereretur? Responderunt quicquid peteret obtineret. Quid ait illis date mihi.xxx. talenta auri,⁊ insuper memoriam fieri sempiternam, ⁊ quod equum ereum staturam meam desuper facietis,⁊ ab illis vos in breui liberabo. Qui dixerunt se omnia facturos,ille vero ait. Media nocte surgetis, ⁊ omnes estote armati bene,⁊ stetis infra muros in speluncha, ⁊ quicquid vobis dixero facietis. Et responderunt faciemus. Rusticus vero ascendit equum suum maximum sine sella,tollensq; falcem exiuit foras tanquam vellet colligere herbas viditq; regem venientem ad arborem pro necessarijs suis,super quam arborem quedam cucumagia sedebat dulciterq; canebat. Rusticus hoc audiens accessit propius ⁊ socijs regis putantes rusticum de suis esse clamare sic ceperunt rustice non tangas regem, quia si tetigeris suspenderis. Rusticus vero spretis eorum minis, per fortitudinem regem parue stature cito arripuit,⁊ eum subleuans posuit coram se

..um, et fugit ad urbem velociter, clamans voce ma-
gna: homines urbis in cavernis latitantes. Exire foras in
..te exercitum regis, quoniam ipsum coram me nunc te
..o caput. Qui exeuntes ad vocem eius multos occiderunt,
et alij in fugam versi sunt. Romani habito triumpho solue-
runt ei aurum quod petierat. et fecerunt memoriam eius, et in
presentatione stature sue quam posuerunt coram palatio La
teranensi unum equum ereum et deauratum, et staturā ipsius
desuper sedentem deauratam, extensam manu dextra, cum
qua regem ceperat, et super caput equi quandam cucumagiam
posuerunt, ad cuius cantum victoriam habuerunt, ipsam sta-
turam regis que parua erat retro ligatam manibus sub dicto
equo collocarunt.

¶ De Colliseo.

Coliseum fuit templum Solis mire magnitudinis, et pulchri
tudinis diuersis cauernis adaptatum et coopertum erat celo
ereo et deaurato, ubi tonitrua fulgura et coruscationes fie-
bant, et pluuie mittebantur per fistulas plumbeas. Et erant
ibi signa super celestia, et planete cum sole, et luna quadrigis
vehi videbantur. In medio sedebat dominus Phebus deus
Solis qui pedes ad terram vertebat et caput eius celum tan
gebat, qui palmam in manu sua tenebat designans q. Roma
totum mundum regebat. Post vero multum temporis spaciū
Beatus Siluester iussit templum destrui, et etiam alia quam-
plura, ne peregrini venirent Romam propter edificia antiqua
et deorum famam, et non propter ecclesias sanctorum transi-
rent multimoda deuotione. Caput vero et manus predicti
Idoli cum pomo ad palatium in Laterano fecit poni in me-
moriam, que palma, et caput Sampsonis falso vocantur a vul
go. Palatium prefatum erat templum Turbi per quod intra
bant et prefata simulatio in querimonia fundebat tempore
Consulum et Senatorum orationes.

¶ De sancta Maria Rotunda.

Agrippa prefatus subiugauit Ro. Se. Sueuos, et Saxones
occidere fecit et iussit. iiij. legiones. In eius reuocatione tin
tinabulum statue presidis que erat in templo Jouis et mi-
nerue sonabat, quia statua uniuscuiusque regni totius orbis in
templo illo erat posita cum tintinabulo ad collum, quando so
nabat, regnum id cognoscebatur rebelle. Huius autem statue
presidis tintinabulum audiens sacerdos qui erat in spelun-
ca in hebdomada illa nunciabat Senatoribus. Senatores
autem legationem hanc prefato Agrippe iniunxerunt ut iret

a:.
iiii

ad Persas subiugandos. Qui omnino renuens ⁊ dicens se non posse pati tantum laborem. Tandem victus petiit consilium trium dierum, infra quos quadam nocte ex nimio cogitatu fatigatus obdormiuit, ⁊ quedam femina ei apparuit, ⁊ dixit. Agrippa quid cogitas, in magno es cogitatu, cõsolare ⁊ promitte mihi templum quale ostendam tibi, ⁊ dicam quomodo eris victurus. Qui dixit. Faciam dña. Illa ostendit ei in visione templum rotundum ad modum pantheon. Ille vero dixit. Dña que es tu: Que respondit. Ego sum Libeles mater deorum, fac mihi libamina, ⁊ Neptuno qui est deus maris ad honorem meum, quia tecum erimus, ⁊ vinces omnes rebelles. Agrippa vero surgens hec recitauit. Senatui ⁊ ciuitates aquiuerunt verbis suis. Igitur cum magno apparatu nauium, ⁊ .v. legionibus millitum venit ad Persas ⁊ eos debellauit ⁊ posuit sub tributo Senatui Ro. annuatim. Et rediens Ro. fecit templum fieri quod promiserat, ⁊ dedicauit ad honorem Libelis matris deorum, ⁊ imposuit huic nomen Pantheon, ⁊ fecit staturam Libelis deauratam quam posuit in fastigio pantheon super foramen ⁊ cooperuit eam mirifico tegumento ereo ⁊ deaurato. Beatus vero Boni. pa. post multum temporis videns id templum tam egregie dedicatum ad honorem Libelis antequam christiani perturbarentur aliquotiens a demonibus, accessit ad Imperatorem christianum rogans eum hoc templum sibi tradi, quod imperator concessit eidem libenter papa vero cum Ro. po. i. Kalẽ. nouembris dedicauit idem ⁊ statuit vt ex illo die Rom. pon. cum Rom. pon. ibi conuenirent, ⁊ papa missam celebraret, ⁊ populus cõmunicaret, sicut in die natiuitatis domini, ⁊ eodem die per vniuersum orbem festum beate virginis Marie, ⁊ omnium sanctorum celebraretur.

¶ De Octauiano imperatore.

Post vero multum temporis Senatores videntes octauianum tante pulchritudinis ⁊ prosperitatis ⁊ q totum tributarium fecerat, dixerunt. Volumus te adorare, quia diuinitas in te est, si hoc non esset non emergerentur tibi prospera. Qui renuens indutias postulauit, ⁊ ad se Sybilam tyburtinam vocari fecit, cui quod Senatores dixerunt recitauit, ⁊ q spacium trium dierum petiit vt sibi consuleret, in quibus arium ieiunium operata est, post tres dies respondit imperatori. Sit iudicii signum tellus sudore madescit de celo Rex venit per secula futurus illico. postquam dixisset hoc celum apertum est ⁊ splendor maximus irruit super eum. Viditque in celo

descit de celo Rex venit per secula futurus illico. postq̃ di-
xisset hoc celum apertum est & splendor maximus irruit sup er
eum. Viditq; in celo virginem pulcherrimam, & puerum in
brachijs tenentem super altare dei quod miraretur valde.
Audiuit vocem dicentem. hec ara est filij dei. Qui statim
procidit in terram & adorauit Christum venturum. Quod
recitauit Senatoribus, de quo mirati sunt valde. Et fuit hec
visio in camera imperatoris, vbi nunc est Ecclesia sancte Ma-
rie in Capitolio, & ideo vocatur sancta Maria Ara celi, &
est ecclesia fratrum minorum.

Deo gratias.

In isto opusculo dicitur quomodo Romu-
lus & Remus nati sunt & educati. Et po-
stea quomodo Romulus factus est primus
Rex Romanorum, & conditor vrbis Ro-
me. Quomodo & quamdiu ipse & suc-
cessores sui rexerunt. Et etiam de impe.
Roma. imperij. qualiter imperauerunt, a
primo Julio Cesare vsq; ad tempus Con-
stantini magni imperatoris. Et quomodo Constantinus a
lepra curatus est & a beato Siluestro baptizatus. Quomo-
do sanctus Constantinus Ecclesiam Romanam dotauit, ac
beato Siluestro, omnibus suis successoribus Ro. pontifici-
bus totam Italiam, omnes prouincias occidentales regiones
loca, ciuitates & insulas, que circa italiam sunt pio affectu
dedit.

¶ De indulgentijs omnium ecclesiarum, & reliquijs que Ro-
me existunt.

¶ Item de stationibus in eisdem Ecclesiis per circuitum
anni &c.

ROma Ciuitas sancta, caput mundi.
Anno post euersionem Troie. 3 0 5.
mundi vero. 1 4 5 0. Romulus ⁊
Remus nati sunt ex Ilia rhea Siluia ma
tre. Romulus esto dicat Seruius Romu
lus appellatum fuisse, ⁊ pro Romo Romu
lum blandimenti causa, deinde enim gau
dent diminutiuo blanditie. Sed quia
Liuius Florus ⁊ omnes historici ipsum scribunt Romulum,
ideo omnes sequuntur. Et Romulus inquam Ilia Rhea
Siluia matre genitus, ex patre seu credito seu ficto, cum ve-
rius credatur Sacerdos Martis. Sed vt honestior esset cul
pa dixerunt Romani principem suum ex deo Marte genitū:
quod tam patienti animo tulere gentes quam equo animo
Romanorum imperium passe sunt, fuit primus rex ⁊ condi-
tor Urbis Roman. Hic primum cum lucem attingeret, te-
ste Liuio primo ab Urbe cum quo conueniunt omnes histo-
rici, sententiam Amulij patris, atq; Albanorum regis ex per
tus est, quo vna cum fratre Remo iussus est in Tyberim
mergi. Sed stagnantibus secus ripam vadis abiectos in-
fantes decrescens aqua velut scelus refugerent, reliquit in
sicco. Re. in lib. aq. dul. c. rumor, de quo dixit Ouid. in
ii. Fast. Hec vbi cognouit contemptator Amulius equi.
Amne iubet mergi geminos scelus vnda refugit. In sicco
pueri destituuntur humo. Tunc picus auis martia primum.
Tantispar infantes aliud. Deinde lupa sitiens ad horum
vagitum tractata murato cursu vberibus suis aluit. Dicen-
te Ouidio preallega. ii. lib. Lacte quibus infantes nescit cre-
uisse feruo. Et picum expositis sepe tulisse cibos. Hanc
lupam volunt aliqui veram, aliqui fictam. Utraq; enim
fama est quod fuerit ficta monstrat Eutropius dicens in li-
bro primo. Uerum paruulos prope ripam Tyberis exposi-
tos faustulus regij armenti pastor ad Acham Laurentiam
vxorem suam detulit que ob rapacitatem corporis questuosi
lupa a vicinis appellabatur. Unde vsq; ad nostra tempora
meretricum cellule lupanaria nuncupatur. Ad huius veri
ficationem Lactantius in ii. diui. insti. adducit exemplum
dicens Romani ab Atheniensibus mutuati sunt exemplum
apud quos cum meretrix Tyrannum occidisset, Lena nomi-
ne, quia nefas erat simulachrū meretricis in tēplo poni ani-

malis effigiem posuerunt, cuius nomine ipsa gerebatur. Itaq; vt illi ex nomine sic isti ex professione monumenta fecerunt. Quod fuerit ista lupa clare ponit Lucius florus in lib. pri. & pli. de viris illustri. Sed clarius ponit Lucius florus in lib. i. sui epi. Et Liuius dicens in primo ab vrbe. Tenet fama cū fluitantem alueu̅ v quo expositi erant pueri in sicco aqua de stituisset, lupam sitientem ex montibus qui circa sunt ad puerilem vagitum cursum flexisse. Eamq; infantibus a deo mite prebuisse mammas, vt etiam ipsos lingua lamberet. hos repe riens Faustulus Magister regij pecoris Accę Laurentię vxori educandos dedit. Sunt & qui eam vulgato corpore inter pastores lupam agnominatam credant. hec Liuius confirmat hoc habitus ipsius que fuit lupa ornisa Ioue mutuatus exem plum. Qui vos est amalthee Capre nutricis sue pelle. De quo dixit Virgi. in primo Ene. Donec regina sacerdos marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. Inde lupae inde lupe fuluo nutricis tegmine latus. Romulus excipiat gē tem & Mauortia condet. Menia romanosq; suo de nomine dicet. Augustinus autem in. xviii.

De ciuitate dei, & plinius in. viij. historie naturalis monstrauit vtrunq; fuisse possibile. Et concludit vterq; postquam singulus historicus conuenit cum Liuio, quamq; si cis infantibus per quos tanta Ciuitas condenda fuerat de aqua diui nitus liberatis, per lactantem feram deus voluit subuenire, quod mirum est. Item Romulus centum ex Senatoribus delegit quorum consilio omnia gererentur, vt habetur in cronica imperatorum Leonardi Aretini lib. pri. romane histo rie. Quos Senatores propter senectutem patris ad simili tudinem curie nominauit. Mille etiam pugnatores delegit, quos a numero Milites appellauit. rexit annis. xxxviii. postea fulmine perijt. Habetur etiam in Cronica romanorum Imperatorum. Mater istorum geminorum videlicet Romuli, & Remi viua (secundum legem) defossa, & pueros in Tyberim demergi iussit &c.

PRimus successor romuli Pompilius pater Nume secundi romanorum regis ponitur eodem lib. Vir. c. Numa. Pompilius rome tribunus plebis.

SVccessor Pompilij Tulius hostilius qui rexit annis xxij. qui nepos istius Hostilij qui sub Romulo bello cecidit, strenue, aduersum Sabinos pugnans, prout scripsit eodem li. Vir. c. Romulus. Hui memoria & sui vir tutis titulus fuit rome tertius rex creatus. Illo quidem tem

Tul. xxiij.

pore quo Manasses regnabat in hierusalem. Item primus qui purpura et fastibus vsus est.

Successor Tulij hostilii Ancus, rexit annis. xliiii. potenter quia ius feriale condidit primo morem inducendi bella. re. eodem li. c. Ancus martius.

Successor Anci priscus Tarquinius qui rexit annis. 38. qui a plinio in lib. de viris ill. connotatur.

Tarquinus priscus a romulo rex romanorum. v. demorati exulis Corinti filius quem regem frequenter historici Lucumonem dicunt, multa operatus est. incepoauit edificare Capitolium, vt habetur in cronica romanorum imperatorum lib. primo.

Successor prisci Tarquini, Seruius Tullius, qui rexit annis. xliiii. Et inter omnes primus qui Censum excogitauit.

Successor Seruii Tulii, Tarquinus superbus qui rexit Annis. xxx. qui ab historicis connotatur Lucius tarquinus ob mores cognomento superbus. Fuit prenotati tarquini filius, ex vxore Tanaquile, prout scripsit eodem. li. Uir. c. Seruius Tullius. Hic teste Eutropio lib. i. primus excogitauit vincula, fustes, carceres compedes, cathenas et exilia. prout dicit eodem lib. Uir. c. Seruius Tullius, vbi de ipsius principio cum fuit Rex. vii. romanorum. Hinc consules cepere pro vno rege duo hac causa creati sunt, vt si vnus malus esse voluisset, alter eam habens potestatem similem coherceret, et placuit ne imperium longius haberent, ne propter diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed ciuiles semper essent, quia post annum scirent se esse priuaturos. De quorum claritate habetur plene in cronica romanorum imperatorum Aretini, et in lib. vij. roman. historie.

Iulius Cesar primus imperator Alexandriam venit, cui Ptolemeus rex insidias parabat, quare a Cesare bello victus a Nilo periit, vt patet vbi agitur de Cesare primo. Cesar ergo petitus Egypto, Cleopatre regnum dedit et ipse primus accepit singulare imperium romanorum, a quo omnes romani principes romanorum Cesares appellati sunt. Sed coniurantibus in eum. lx. vel amplius Senatoribus in curia. xxiii. vulneribus percussus occubuit. Re. vbi agitur de Cesare pri. imperatore.

Octauianus Augustus imperator. ii. a quo omnes romanorum reges dicuntur Augusti. regnauit annis. lvi. et menses. vi. Deficiente aut principatu pontificum in iudea

herodes anticipatri Ascolanice & matris arabice filius, a romanis iudeorum principatum accepit quem tenuit annis. xxxvi. Et ne ignobilis & sanguine iudeorum argueretur extraneus combussit omnes libros quibus continebatur nobilitas iudeorum. Insuper & suam sobolem vt regio sanguini cōmisceretur, abdicata de fide femina hierosolimitana qua priuatus, vxorē acceperat. Nam ex eo filio Anticipatre sibi Maximiano sociauit filiam Alexandri, Aristoboli, nepotemque fratris Hircani. qui ante fuit rex Judeorum. Hec Herodi genuit. v. filios. quorum duos Alexandrum & Aristobolum occidit ipse in Samaria. Nec fecit diuturnam moram, quin matrem illorum, qua nil carius habuerat occiderit. Hoc tempore, quia Marcus Antonius, qui tenebat Asiam & Orientem repudiauerat sororem Augusti Cleopatramque, duxerat in vxorem, inter Antonium, Cleopatram, & Augustum ortum est bellum.

Sed fugati apud Leucas Antonius & Cleopatra seipsos occiderunt. Et sic terminatum est regnum Egyptiorum, quod a primo Ptolomeo Lagi filio vsque ad Cleopatram stetit. ccxcv. annis. Anno Cesaris Augusti. xl. A morte vero Cleopatre & Antonij quando Egyptus in prouinciam versa est anno. xxxvij. Et ab Urbe condita anno. dcclij. quo per vniuersum orbem pax firmissima ordinatione dei ab Augusto, firmata fuerat, dominus noster Jesus Christus filius dei, etatem Mundi Sextam suo consecrauit aduentu.

In diebus. Octauiani Augusti, transtyberim de taberna meritoria fons olei de terra exundauit, ac per totum diem largissimo riuo fluxit, significans ex gentibus Christi gratiam. Tunc etiam circulus ad celestis arcus speciem, circa Solem apparuit, vt habetur in cronicis Romanorum Imperatorum Leonardi Aretini lib. vij. anno Imper. i. Augusti. xliiij. Herodes morbo inaudito & scatentibus toto corpore vermibus digne moritur. Sed Archelaus eius filius ab Augusto constitutus regnauit annis nouem, vsque ad Augusti finem.

Tyberius pinguis priuignus Augusti filius Imperator. iii. qui imperauit annis. xxiij. require lib. Uirg. c. Tyberius. Anno. xii. imperij sui Pilatus iudex, procurator ab eodem dirigitur Anno vero. xviij. Imperij Tyberii, Dominus noster Jesus Christus sua passione redemit mundum anno etatis sue. xxxiii. & eo magis quod ei vita propagata est ab. viii. Kalē. Aprilis, quod die conceptus est in virginis vtero de spiritusancto, vt narrat Platina de vita

pontificum vbi scribit ad Sixtum.iiij. Cuius etiam temporibus facies et vultus Sãctus nostri redemptoris a sancta Veronica per mare de Hierusalem Rõmam portata et adducta fuit. Qua visa Tyberius mox a morbo liberatus est.

Caius cognomento Callicula Imperator.iiij. Rom.imperauit annis.iiij.mensibus.x.diebus octo. Anno domini.xxxviij. Hic Herodes Agrippa amicum suum liberauit a vinculis, et fecit eum Judee regem, vbi regnauit annis septem vsque ad.4.annum Claudij. Quo quidem percusso ab Angelo successit in regnum eius Agrippa, vbi mansit annis.xxvj. vsque ad exterminium Judeorum. Herodes autem Tetrarcha petens amicitiam Caij, cogente herodiade Romam venit, sed accusatus ab Agrippa Tetrarchiam perdidit. Fugiens ergo cum cum Herodiade Hispaniam perijt. Pilatus qui sententiam damnationis dixerat, tantis angustijs a Caio percussus quod carceratus se sua manu peremerit Caius autem seuiens in Judeos, sancta eorum loca Idolorum sordibus prophanauit. His temporibus Mattheus in Judea predicans euangelium scripsit.

Claudius Imperator.v.cepit imperare anno domini. xx.et imperauit ann.xiij.mensibus.xij. et diebus.28. His temporibus Petro cum primo fundasset ecclesiam Antiochenam, Romam venit, tenuit cathedram Episcopalem annis.xxv.vsque ad vltimum Neronis annũ, Marcus euãgelium Rom. scripserat. Petro cum mittente.4.anno Claudii predicabat in Egypto. Eodẽ anno fames grauissima facta est.

Nero Imperator.vi.cepit imperare anno Domini. 63. et imperauit annis.13.mensibus.7.diebus.28. Huius.ii.anno Festus Judee procurator successit Felici, A quo Paulus apostolus Rome vinctus per biennium stetit in custodia libera. Post hoc nondum rabido seuiente Neronem dimittitur ad predicandum. Jacobus frater domini cum xxx.annis rexisset ecclesiam.vii.anno Neronis circa annos domini.lxv.a Judeis lapidatus etc.

Albinus successit in magistratu Judee. Albinus autem florus, cuius luxuriam et auaritiam ceteraque flagitia non ferentes Judei, contra Romanos rebellarunt. Aduersum quos Vespasianus.Jmp.militans plurimas vrbes Judee cepit. Interim Nero primus christianos prosequitur, inter quos petrum apostolum et Paulum gladio occidit.

G Alba imperator. vij. prout scribitur in Croni. Mar. anno domini. lxxi. et imperauit menses. vij.

V Espasianus imperator. viij. imperauit annis nouem. mensibus. ij. diebus. xij. cũ cepisset imperare prout scribitur in Cronicis Mar. Anno dñi. lxxvij. Hic apud iudeam imperator. Exercitus nominatus, bellũ filio suo Tito commendans Romam venit, qui anno secundo iudeorum regnum subuertit. Templũqꝫ statuit, post annos prime sue constructionis. cclxxxix. Consumatum est bellum anno. iij.

T Itus Vespasiani filius imperator. ix cepit imperare Anno, domini. lxxxij. et imperauit annis duobus mensibus. iij. Vir quidem mirabilis omnium virtutum genere abundans, ita vt amor et delicie humani generis diceretur.

D Omitianus frater Titi iunior imperator. x. cepit imperare prout scribitur in Cron. Mar. Anno dñi. 85. et imperauit annis. xv. Mensibus. v. Hic secundus post Neronem Christianos prosequitur, sub quo Joannes euangelista et apostolus in Pathmon insulam relegatus com mississet indolium feruentissimi olei, sine vllo cruciatu vel pena.

N Erua imperator. xi. imperauit anno vno, Mensibus quattuor, et diebus octo. Hic suo edicto cunctos, qui Domitiano exullauerāt reuocauit. Quare sanctus Joā. apostolus et euangelista ab exilio liberatus, rediit Ephesum. Et per eius absenciam vidit ab hereticis concussem fuisse fidem, hanc descriptam in euangelio stabiliuit.

T Raianus imperator. xij. cepit imperare Anno domini c. et imperauit annis. ix. mensibus. vi. et diebus. xv. Huius tempore Joannes apostolus et euangelista. lxvi. anno post passionem Domini. etatis autem sue. xciiij. Ephesi placida morte quieuit (Plinius) facundus orator, et historicus immensus habetur.

A Drianus Traiani filius Jmperator. xiij. imperauit annis. xxi. cum imperare cepisset circa annum dñi. hic iudeos rebelles domauit, et introeundo hierosolimam licentia ablata, quam ipsum in optimum statum murorum extructione reparare. heli̇̄un de suo nomine reparare precepit.

A Ntonius cognomento pius imperator. xiiij. cum filio suo Aurelio et Lucio imperauit annis. xxij. et. iij. mensibus. Hoc tempore Policarpus veniens romam, multos ab heretica

heretica labe compescuit.

MArcus Antonius verus imperator. xv. cum Lucio Aurelio Commodo, cepit imperare anno Domini. clxij. et imperauit annis. xix. et mensibus. ij. Hoc tempore Policarpus in Asia martirizatus est.

COmmodus Antonij veri filius imperator. xvi. post patrem imperare cepit circa annos dñi. clxxxiij. et imperauit annis. xiij. Et hic dictus Cōmodus, ob sua facinora in domo Vestali strangulatus interijt cum tanta execratione omnium, vt hostis humani generis diceretur.

HElius pertinax imperator. xvij. cepit imperare circa annos dñi. cxciiij. et imperauit mensibus sex. Hic scelere Juliani iurisperiti occiditur in palatio, orta seditione inter pretorianos milites.

SEuerus pertinax imperator. xviij. imperauit annis. xvij. cum imperare cepisset Anno Dñi. cxcv. hoc tempore Leonides pater Origenis martyrio coronatur.

ANtonius Caracalla Seueri fillius imperator. xix. imperauit annis. vii.

MArtinus imperator. xx. imperauit anno vno cum imperare cepisset anno dñi. ccxix. Tumultum militari cum filio suo occisus est.

MArcus Aureolusi, Antonius imperator. xxi. imperauit annis. iiij. cum cepisset imperare. Anno. dñi. ccxx. huius tempore in Palestina vrbs Nicopolis, que prius Emaus dicebatur condita est. hec est illa Emaus, quam Christus post resurrectionem ingressu suo (sicut narrat Lucas) sanctificare dignatus est.

AUrelius Alexander Jmperator. xxij. imperauit annis. xiij. cum imperare cepisset Anno dñi. ccxxxij. hoc tempore Origenes per totum orbem gloriosus habetur. Nec mirum scribit Beda de ipso, origenes tantum sedulus fuit, vt hieronymus in quodam loco. v. Milia librorum eius se legisse meminerit.

MArtinus imperator. xxiij. imperauit annis. iiij. cum cepisset imperare anno domini. ccxxxix. hic fuit genitus patre et matre barbaris.

GOrdianus imperator. xxiiij. imperauit annis. vi. cum imperare cepisset anno dñi. ccxlij. prout scribit Rufinus in annalibus Romanorum. Jste adhuc adulescens ex senatus sententia cum leticia populi factus est Senator.

PHilippus cum Philippo imperator.xxv.imperauit annis.xv.prout scribit Rufinus in annalibus Romanorum,cum cepisset imperare anno domini. cclv. hic primus omnium imperatorum christianus fuit, ꝛ vna cum filio suo baptizatus est, vt dicit Rufinus.

DEcius imperator.xxvi.imperauit annis. ij. mensibus iij.cum imperare cepisset Anno domini.cclij.hic Decius patrem ꝛ filium interfecit hic bello a Gottis occiditur. Sed fracto fundo plaustri nunquam potuit reperiri. Ideo alibi ꝙ a diabolo ꝛ alibi dicitur a Gottis raptus.

GAllus cum Volusiano filio Imperator.xxvij. imperauit annis.ij.ꝛ mensibus.ij.Cuius tempore Origenes ann.lxx.etatis sue non tñ integre completo moriturus ꝛ in Tyro vrbe sepelitur.Et Cornelius Eps Rome rogatus a quadam matrona lucina corpora apostolorum nocte de cathecumbis leuauit,ꝛ posuit corpus pauli in via hostiensi. vbi fuerat decollatus. Petrum autem circa locum vbi fuerat crucifixus in templo Apollinis in monte Aureo in Vaticano Palatium Neroniani.iiij. Calend. Iulij. Re. notanter in lib.Virgi. vbi agitur de petro apostolo.

VAlerianus cum filio suo Galieno imperator.xxviij.imperauit annis.xv.cum imperare cepisset anno domini. cclvi.Iste militans a Persis debellatus est ꝛ captus. Et quamdiu vixit stetit sub hac seruitute, vt pedem super ceruicem eius ponerent semper eum equos ascenderent.

CLaudius imperator.xix.cepit imperare anno domini. cclxxi.ꝛ imperauit anno vno ꝛ.ix.mensibus.hic Gottos iam per annos.xv.vastantes Macedoniam ꝛ Illyric umsuperauit. Ob quod in Curia ei clipeus aureus ꝛ in Capitollo statua aurea collocata est.

AVrelianus imperator.xxx. imperauit annis.v. mensibus.vi.cum imperare cepisset Anno domini.cclxxiij. ꝛ tandem edificasset Rome templum Solis,in quo posuit auri ꝛ gemmarum quantitatem maximam. hic in Gallia crudeli edicto prosequitur christianos: ꝛ ciuitatem Gallie, que Genubym dicitur a suo nomine dixit Aurelianum. Tandẽ fraude serui sui a militibus occiditur.

TAcitus imperator. xxxi. imperauit mensibus.vi. cum cepisset imperare anno dñi. cclxxvij. Iste fuit prudens curialis, ꝛ largus. Quo apud pontum occiso Florianus tenuit imperium vsque ad.iii.menses, ꝛ similiter

apud Tarsum occiditur. his tēporibus oritur insania Mani-cheorum heresis.

Probus imperator. xxiii. imperauit annis. vi. et mensibus. iiii. cum imperare cepisset Anno dñi. cclxxix. Et tandem fuit militari pugna apud Smirnam cesus.

Florianus nil memoria dignum fecit, quamuis duobus annis imperauerat. Erat imperator in ordine. xxxiii.

Carus imperator. xxxiiii. cum suis filiis Lario et Numeriano ẽperauit annis duobus, cum cepisset imperare anno domini. cclxxxviii. hic in paruo flumine periit.

Diocletianus cum Maximo cognomento Arumcaleio imperauit annis. xx. cum imperare cepisset fm Orosium in libro. vi. cclxxxviii. als. cclxxix. Et anno ab Urbe condita. M. xli. Re. lib. Virg. c. consensu omnium factus est imperator.

Constantius magni Constantini pr imperator. xxxv. militauit ita laudabiliter sub Diocletiano imperatore Romano. qui quarto anno sui imperii dictum Constātium fecit Cesarem cui secundum Orosum in lib. vij. et Rufinū in annalibus Romanoꝝ, et Eutropiū in li. x. Maximiani, et herculei dilecto summe, Diocletianus Theodorus priuignam in coniugem dedit. Ex qua tres filios, et totidem genuit filias, Constantini magni fratres, quem ex prima vxore helena Britanie regina ipse susceperat. Tractu demum temporis cum Diocletianus etate confectus se inhabilem nosceret ad imperium gubernandum, et ad priuatam rediisset vitam: ipse Constantinus factus est imperator, vna cum Maximino Galeno. Qui post quam facti sunt augusti, sic imperium diuiserunt, vt Constantinus Italiam, Galliam, Hispaniam, et Aphricam, possideret, Galenus vero illyricum Anacretam et totum Orientem haberet. Sed Constantinus vir summe mansuetudinis, solum administratione Gallie et hispanie contentus fuit. Qua propter Galenus, fecit duos Cesares, Maximinum, quem preposuit orienti; et Seuerum, prefecit Italie, ipse vero in illyrico et Grecia iura imperii gubernabat. Ceperunt imperare Anno domini. ccc. et imperauerunt Galenus. ii. annis. Constantinus vero. xiii. computato tempore quo fuerat Cesar. Vic. Constantius. pro vt scribit Rufinus in annalibus Romanorum fuit Eutropio nobili

Romano genitus, ꝛ Matre Claudia filia Crispi fratres Clau
dij imperatoris. Curauitq; semper fisci commoda non pri-
uata, qua propter a subditis semper amatus est. Et tandem
moriens. xiii. anno sui imperij Constantinum magnum primo
genitum eius imperij sui reliquit heredem. Reliquit etiam
duos alios filios ex alia vxore, quorum vnus Constantinus,
alius Dalmatius nominabatur.

MAxentius non imperator, sed Tyrannus Romanus,
ponitur eo. li. Virg.

COnstantinus Constantij filius, ex concubina helena
imperator creatus in britania regnauit annis. xxx.
mensibus. x. diebus. xi. Cum cepisset imperare Anno
Domini. cccxi. Hic Rome vbi baptizatus est, fecit construi
Basilicã beati Joannis baptiste, que vocatur Constantiana.
Item Basilicam Petro ꝛ Paulo in templo Apollinis circun
dans, corpus vtriusq; ereo cypro grosso quinque pedum.
Item basilicam beato laurentio martyri in via Tiburtina,
in agro Veiano. Et alias multas basilicas. Item in Grecia
constituit vrbem sui nominis, quam voluit esse Sedē Roma-
ni imperij ꝛ caput totius orientis. Scribit Jacobus de Vo-
ragine in legendis sanctorum ꝙ Christianos hostiliter per-
sequebatur. Qua propter papa Siluester cum suis clericis
ab vrbe fugiens latuit in monte soracto. Interim deus per-
cussit Constantinum morbo incurabili lepre. Et cum nulla
ei prodessent suffragia Medicorum, consuluerunt ab lueretur
recenti sanguine lactentium puerorum. Et cum Imperator
venisset ad locum cedis: vidissetque. xxx. milia vagentium
puerorum, ꝛ matres solutis crinibus miserabiliter vlulantes
genitricibus ait.

Nolite timere, volo enim potius mori quam cum tot milium
innocentium cede viue Jussitque cum donis matribus natos
reddi. Sequenti nocte. Petrus ꝛ Paulus apostoli apparue-
runt sibi dicentes. Quoniã abhorruisti effusionem sanguinis
innocentum, nos ad te misit dominus noster Jesus Christus
vt pro salute tua habeas Siluestrum latentem in monte
Soracto. Tandem persuasione Siluestri pape baptizatus
Constantinus, qui repente candidis in vestibus per septem
dies continuos leges, in honorem Christi, ꝛ omnium christia
norum condidit. Octauo die veniens ad confessionem, ab-
iectis cunctis imperialibus signis, expansis manibus se pro-
iecit in terram: cum fluuio lachrymarũ. hic baptizatus poni-
tur cum ingenti miraculo circa finem presentis capituli. Vas

illud pulcherrimum in quo baptizatus fuit Constantinus vulgari appellatione Concha dicitur, ex nigro lapide & auro potissimo: quam Constantinus in memoriam tanti beneficij intrinsecus & extrinsecus quantum ascenderat aqua fecit argento purissimo cooperiri. In medio vero fontis fecit poni columnam porfidi, super quam posuit lampadam auream pondere librarum. lij. In qua diebus paschalibus ardebat Balsamu n In labro fontis posuerit agnum aurem fundentem aquam ponderis librarum. clxx. ad dexteram autem agni constituit Saluatorem ex argento purissimo, ponderis librarum. clxx. In leua parte agni Joannem baptistam, ex argento purissimo, tenentem titulum scriptum. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi ponderis librarum. cxxv. Posuit, & circa fontem ceruos septem fundentes aquam, omnes ex auro purissimo, quorum quilibet erat ponderis librarum lxx. Que omnia, aut Sacerdotum cupiditate, seu. tyrannorum sacrilegio ablata sunt, & sic hodie vas nudum apparet. Baptizatus itaque Constantinus mox publico precepit edicto, vt per totum Ro. imperium idolorum templa clauderentur, & ecclesie christi rupte reedificarentur, & Mar tyrum sepulchra cum veneratione maxima coli iussit. Post hec ita prudenter & pie in Senatu concionatus est, quod omnes Romani ad fidem christi conuersi sunt. hoc tempore helena Constantini mater, que tunc in Bithynia morabatur, a Judeis persuasa, vt culturam relinqueret idolorum, & cerimonijs, Judeorum inseruiret. Hec scripsit ipsa filio, commendando quod relinqueret idolorum fidem, sed increpando quod seruiebat religioni christianorum. Cui rescripsit Constantinus, mandans Sacerdotes Judeorum & xpianorum Rome ipsis presenti bus de veritate fidei disputaturos. Cui disputationi ex prece pto Augusti omnes prudentes Romani imperij interfuerunt. Congregati igitur fuerunt in Romana vrbe Epi Septuaginta quinque. Judeorum vero Sacerdotes. cexc. exceptus duodecim scribas, quos Jsachar summus pontifex misit doctissimos in greco & hebreo. huic disputationi interfuit Constantinus & helena mater eius. Judices & arbitri litis non fuerunt christiani nec iudei hebrei, quorum vnus fuit Chraton philosophus, cui nunquam persuaderi potuit vt a quoquam munus acciperet nilque volebat suum esse, nec quicquam imposterum diem reseruare voluit. Dicebat enim ex carentia diuitiarum frui summa securitate. huic socius datus est zenophilus constantissimus, ac prudentissimus homo. in his duobus

era: tanta veneratio, q nullus poneret in ambiguo id verum tenendum esse, quod ipsi censuissent. Congregatis igitur cunctis, inter beatum Siluestrum & Scribas fuit longa concertatio. Demū ita euidenter illos conclusit beatus presul, q omnes populi clamauerunt eos ab Urbe esse pellendos, qui non profiterentur Christum filium dei esse. Multi etiam ex iudeis qui venerant impugnare fidem baptizati sunt. Et helena mater Constantini deosculata est pedes beati Siluestri. Et ipsi disputationis iudices baptizati sunt. Potissima causa fuit q vnus ex Scribis volens ostendere potentiam sue fidei fecit adduci taurum adeo ferocem, q vix centū hominis ipsum ad locum disputationis ducere poterant & dictis quibusdam verbis in aure, cecidit mortuus in terram, quē postea nullis verbis potuit Scriba suscitare. Et iudei omnes promiserunt q si eum suscitaret in nomine Jesu Christi, baptizarentur & ita factum est. Deinceps beatus Siluester cum duobus Presbyteris, & duabus lanternis descendit in quoddam antrum per. CL. Gradus, vbi coniurato dracone, qui Urbem infecerat peste inexpiabili, eū fecit innoxiū. Ligauitq sibi os cū filo q sigillauit cum sigillo tenente impressionem sancte Crucis. igit eodē tpe fuerunt liberati Romani a cultura demonum. & infectione Draconis. Roboratus Constantinus in fide generalem scripsit epistolam ad vniuersos Episcopos, & prelatos, quam isidorus ponit inter decreta patrum in qua ponit modum sue conuersionis sub ista forma vt sequitur.

IN Nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Imperator Cesar Flauius, Constantinus Augustus, Sanctissimo Patrum patri Siluestro Roma. Pontificibus: omnibusq successoribus Episcopis vrbis Roman. ac cunctis catholicis Episcopis gratiam, charitatem, pacem, & gaudium. Eaqs Saluator dei filius dominus noster Jesus Christus per sanctos Apostolos suos Petrus & Paulus, interueniente patre nostro Siluestro mirabiliter operari dignatus est ad notitiam omnium populorum decreuimus aperire. Nam cum inualidissima squaloris lepra carnem meam inuasisset: nec curam posset adhibere: aliquis medicorum dixerunt capitolii sacerdotes, mihi fontem in Capitolio debere fieri, & in lactentium puerorum sanguine lauari iubebant. Quo audito exhorrui, pueros q iam occidi paratos cum muneribus, remittiussi. Quo facto cum tempus mihi somni aduenisset astiterunt apostoli Christi Petrus & Paulus dicētes. Quoniam abhorruisti innocentum sanguinis effusionem, a deo ad te mittimur, vt

modum curationis a lepra tibi significamus. Mitte pro Sil uestro Episcopo qui in monte Soractoi latet. Hic tibi osten det piscinam, in qua lotus repente curaberis. Quare pa- ter noster, Siluester me septem diebus in penitentia te- nuit. Octaua autem die me, in sacra vnda perfudit. Sed me repente in fonte posito, propriis oculis vidi manum de celis me sanantem a lepra. Sic igitur me e fonte exiuisse ab omni lepra curatum cognoscite. Quamobrem censui cum vniuerso Senatu, cunctisque principibus Romane vrbis, exaltare sedem beati Petri Apostolorum principis. Quare decernen. Sācimus vt ipsa Romana sedes super oēs ecclesias que in vniuerso orbe sunt teneat principatum. Et qui pro tempo re fuerit Pontifex huius ecclesie sit excellentior princeps mundi, et ad dei cultum, stabilitatemque christiane fidei, vt sponat vt libet. Justum quippe est, vt ibi lex sancta teneat principatum, vbi sanctarum legum institutor xps beatum Petrum tenere iussit Cathedram apostolatus, et vbi ipse beatus Apostolus sumpsit martyrii per oculum et ibi gentes pro Christi nomine colla flectant vbi beatus Paulus doctor gentium extendere collum iussus, fuit martyrio coronatus. Sic etiam omnibus manifestum nos intra palatium nostrum Lateranensis. Saluatori christo ecclesias construxisse ornatis simam, Auro argento et lapidibus preciosis. Construximus etiam beatorum apostolorum Petri et Pauli, vbi sacratissima eorum corpora per manus patris nostri Siluestri cum magna solemnitate, fecimus tumulari. Et ne apex pontificalis vileat paupertate, sed decoretur gloria et dignitate Ro. ecclesie, tam palatium nostrum quam Romane vrbis et omnis Italie, om- niumque occidentalium prouincias regiones, loca, ciuitates et insulas, q̄ circa Italiam sunt, patri nostro Siluestro. cunctisque successoribus suis sub iure Romane Ecclesie pio affectu largi mur, et donamus in Christo humani generis redēptore. Nos autem imperium nostrum transferimus ad orientem, in Byzantium ciuitatem, quam ampliari fecimus, et a nostro no- mine Constantinopolim appellari.

¶ Oratio devotissima de Sudario sacratissimi vultus domini nostri Jesu Christi. vel Veronica.



Salve sancta Facies nostri Redemptoris.
in qua nitet species divini splendoris,
impresa panniculo nivei candoris,
dataqꝫ Veronice signum ob amoris.
Salve vultus domini imago beata,
ex eterno munere mire decorata,
lumen funde cordibus ex inde tibi data,
Et ex nostris sensibus tollere colligata.
Salve splendor glorie salus peccatorum.
representans proprie regem angelorum,
restauratrix gratie, speculorum sanctorum
te querunt respicere spiritus celorum.
Salve robur fidei nostre christiane
destruens hereticos, qui sunt vite vane,
horum auge meritum, qui te credunt sane
illius effigiem qui rex fit ex pane.
Salve nostra gloria in hac vita dura,
labili, ꝛ fragili, cito transitura,
nos perduc ad patriam o felix figura,

ad videndum faciem, que est christi pura.

Salue o sudarium nobile iocale,
7 nostrum solatium, 7 memoriale,
eius qui corpusculum assumpsit mortale,
nostrum verum gaudium, 7 bonum finale.

Salue iubar seculi, stella matutina,
in conspectu populi fulget lux diuina
que est cura languidi, vita medicina
nos a mondo labiti lues a, ruina.

Salue gemma nobilis vera margarita,
celicis virtutibus perfecte munita,
non depicta manibus; sculpa, nec polita,
hoc scit munus artifex, qui te fecit ita.

Ille color celicus, qui in te splendescit
in eodem permanet statu, nec decrescit,
diuturno tempore minime pallescit,
fecit te rex glorie, qui fallere nescit.

Nesciens putredinem, seruans incorruptum,
quod est christicolis coram te deductum,
tu vertes in gaudium gemitum, 7 luctum,
confert saluiferum te videnti fructum.

Salue decus seculi, speculum sanctorum,
te videre cupiunt spiritus celorum,
nos ab omni macula purga vitiorum,
atque nos consortio iunge beatorum.

Esto nobis quesumus tutum adiuuamen,
dulce refrigerium, atque consolamen,
vt nobis non noceat hostile grauamen.
sed fruamur requie cum beatis. Amen.

Versus.

Signatum est super nos lumen vultus tui domine.
Respon. Dedisti letitiam in corde meo.

Collecta.

Deus, qui nobis lumen vultus tui memoriale ad instantiam beate Veronice, Sudario impressam imaginem tuam reliquere voluisti, per passionem, 7 crucem tuam tribue quesumus. vt ita nunc in terris per speculum in enigmate te videre, 7 adorare valeamus, vt te iudicem super nos venientem facie ad faciem leti, 7 securi videre mereamur in celis, Per dominum nostrum. Amen.

❡Incipiunt indulgentie Septem Ecclesiarum principalium vrbis Rome.

SAnctus Siluester Papa scribit in Cronicis suis, q̄ Rome fuerunt. M.cccc. Ecclesie, quarum maior pars est destructa, & inter alias sunt septem principales priuilegiate maiori priuilegio gratia, sanctitate, & dignitate q̄ alie.

❡Incipiunt indulgentie.



PRima Ecclesia Principalis est Lateraneñ. que dedicata fuit a Beato Siluestro papa in honorem Saluatoris, & Sanctorum Joannis Baptiste, & Joannis Euangeliste. Et sunt in eadem ecclesia omni die cōcessi. xlviij. anni indulgentiarum, & tot quadragene, & remissio tertie partis omnium peccatorum.

Item Papa Siluester, & Gregorius summi pontifices, qui eam consecrauerunt, & deuote visitauerunt dederunt indulgentias, quas nemo preterquam solus deus numerare potest, testante Beato Bonifacio, qui dicit. Si scirent homines indulgētias ecclesie Lateraneñ. quot tot essent, nō eis esset opus, vt irent ad Sepulchrum Domini, seu ad sanctum Jacobum.

Dicit idem Bonifacius Papa. Si quis ad sedem nostram Lateraneñ. causa deuotionis, vel orationis, aut peregrinationis peruenerit, absoluitur ab omnibus peccatis suis. Dicit idem Bonifacius papa. Siquis ad dictam sedem peruenerit in die Sancti Saluatoris, absoluitur ab omnibus peccatis suis.

Item in sacristia eiusdem ecclesie est altare Sancti Joan. Baptiste, quod habuit in deserto. Item in quadam Capella in fine dicte ecclesie est arca federis veteris testamenti.

Item mensa, super quam cenauit dominus noster Jesus Christus cum discipulis suis. Item virga Moyse, & Aaron.

Et hec omnia portauerunt Vespasianus, & Titus de Hierusalem cum quattuor columnis ereis plenis de terra Sancta de Hierusalem, que stant erecte circa summum altare.

Item supra summum Altare sunt capita Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & quandocunq; illa ostenduntur tunc

ibi sunt tot indulgentie, quot sunt ad sanctum Petrum, quando ostenditur Sudarium domini, seu Veronice. Que indulgentie ostensionis Veronice habentur in sequentibus folijs, videlicet in secunda ecclesia principali. Item quando ista sacratissima Ecclesia ab hereticis fuit combusta, de capite sancti Pacratij emanauit sanguis tribus diebus, et tribus noctibus, quod caput etiam ostenditur cum ceteris reliquijs in die pasche peracto prandio. Quam ecclesiam postea renouauit, et de fundamento edificari fecit dei Henricus seruus Nicolaus Papa. iiij. ordinis Sancti Francisci, vt clare adhuc apparet in opere musaico supra summum altare Sancti Siluestri, et suorum predecessorum Summorum pontificum, qui summi pontifices celebrabant in cryptis, et cauernis terre occulte propter Imperatorum, et aliorum tyrannorum meum, paganorum et saracenorum. Item subtus illud altare est oratorium Sancti Joannis Euangeliste, vbi orabat, quando adductus, et deductus ac detentus fuit Rome.

Item in quodam tabernaculo maiori, quod stat super dictum altare, requiescunt capita Sanctorum apostolorum Petri, et Pauli (vt dictum est.) Item in quodam tabernaculo, quod est super altare sancte Marie Magdalene sunt recondite, he reliquie, que sequuntur, videlicet Tyaras que coronatus fuit Sanctus Siluester papa per Constantinum Imperatorem. Item caput sancti Zacharie patris, sancti Joannis Baptiste. Item caput sancti Pancratij martyris, de quo emanauit sanguis per tres dies continue, quando ista sacratissima Ecclesia fuit ab hereticis combusta. Item de reliquijs sancte Marie Magdalene. Item vna spatula sancti Laurentij martyris. Item vnus dens sancti Petri apostoli. Item coppa, ex qua sanctus Joannes venenum bibit, et non sibi nocuit. Item catena, cum qua ligatus fuit sanctus Joannes Euangelista, dum duceretur de Epheso Romam. Item tunicella. Sancti Joannis Euangeliste, que posita fuit super tres mortuos, et confestim surrexerunt. Item de cineribus sancti Joannis baptiste, et cilicium ipsius. Item de lacte, de capillis et de vestimentis gloriose virginis Marie. Item camisia, quam fecit Virgo Maria Christo proprijs manibus. Item linteum seu pannus, cum quo Christus extersit pedes Apostolorum. Item forcices, et arundo cum qua Christus percussus fuit. Item de ligno sancte Crucis. Item purpureum vestimentum tinctum de Guttis sanguinis Christi. Item velum beate virginis Marie, quod ipse posuit ad femoralia Christi in cruce. Item

sudarium quod positum fuit super faciem Christi. Item prepucium domini nostri Jesu Christi quando fuit circũcisus. Item aqua, et sanguis, qui emanauit de latere Christi. Item de vero ligno Crucis. Et multe alie reliquie que ostenduntur in die Pasche deracto prandio. Item in festo Saluatoris, cuius imago visibiliter apparuit omni Populo Romano miraculose scilicet quando Papa Siluester consecrauit dictam ecclesiam, vbi fuerat Populus Romanus cõgregatus, tunc imago Saluatoris apparuit visibiliter omni Populo de Urbe, que imago remansit in pariete. Et quottidie videri potest, nec comburi potuit cum Ecclesia fuerit bis combusta, ibi vero est remissio omnium peccatorum. Item in capella Sancti Joannis Baptiste ad fontes, qua mulieres non intrant sub pena excõmunicationis, ibidem est remissio omnium peccatorum. In capella sancti Laurencij quam similiter mulieres nõ intrant sub simili pena, que dicitur sancta sanctorum, ibidem est remissio omnium peccatorum. Est in eadem Capella imago Christi in etate. xij. annorum diuinitus, et humanitus depicta. Et circa eandem capellam sunt gradus, super quos dominus noster Jesus Christus cecidit vsque ad effusionem sanguinis, et signum apparet clare vbi cecidit sanguis, qui gradus steterunt ante domum Pilati in hierusalem. Et quicunque hos gradus ascendit genuflectando, ille pro quolibet gradu. ix. annos indulgentiarum, et tot quadragenas, et remissionem tertie partis omnium peccatorum habet.

De priuilegio istius ecclesie, et dignitate legantur ista metra sequentia.

Dogmate papali datur, ac simul imperiali
Quod sim cunctarum mater caput Ecclesiarum.
Hinc saluatoris celestia regna datoris
Nomine sanxerunt cum cuncta peracta fuerunt.
Sic sumus ex voto conuersi supplice voto.
Nostra quod hec edes tibi christe sit inclita sedes.
Hec est papalis sedes et pontificalis
Presidet et christi de iure vicarius isti.
Et quia iure datur sedes romana vocatur.
Deberet vere nisi solus papa sedere,
Gloria sublimis, alij subduntur imis.



Secunda Ecclesia principalis est ad sanctum Petrum in monte Vaticano palatij Neroniani, in qua sunt omni die.xlviij.anni indulgentiarum,⁊ tot quadragene ⁊ remissio tertie partis omnium peccatorum. Item in eadem ecclesia fuerunt.c.⁊.ix.altaria, que nunc pro maiori parte sunt destructa. Et pro quolibet conceduntur.xxiij.anni indulgentiarum. Et inter alia sunt vij.altaria principalia, que maiori gratia sunt priuilegiata alijs altaribus,⁊ quodlibet illorum septem est circundatum cancellis ereis. Item quandocunque est festum sancti Petri vel festum predictorum altarium, vel festum Natiuitatis domini, vel Pasche, vel festum omnium sanctorum, vel aliud festum duplex, duplicatur omnes indulgentie predicte. Item in festo Annunciationis beate Marie virginis sunt ibidem.M.anni indulgentiarum. Item a predicto festo vsque ad Kal. Augusti sunt tibi.xii. anni indulgentiarum ⁊ tot quadragene,⁊ remissio tertie partis omnium peccatorum. Item quicunque ascendit gradus sancti Petri deuote, huic conceduntur pro quolibet gradu.vii.anni indulgentiarum datis ab Alexandro papa. Item medietas corporum sanctorum apostolorum Petri ⁊ pauli requiescit in predicta ecclesia sub maiori altari. Reliqua vero mediatas iacet ad sanctum paulum. Item in predicta ecclesia requiescunt corpora sanctorum apostolorum Simonis,⁊ Jude. Item corpus sancte Petronille virginis filie sancti petri apostoli. Item caput sancti Andree apostoli, quod ostenditur in eius festo, ⁊ in illa die, qñ Romam portatum fuit, ⁊ adductum. Item caput sancti Luce euangeliste. Item caput sancti Sebastiani martyris. Caput sancti Jacobi. Corpora sanctorum Processi, ⁊ Martiniani ⁊ multa alia corpora, ⁊ multe reliquie sanctorum martyrum,⁊ confessorum ac virginum. Item veronica, siue vultus sanctus domini nostri iesu Christi repositus est in dicta ecclesia, qui monstratur in hebdomada sancta pluribus vicibus,⁊ in die Ascensionis domini, ⁊ Dominica proxima ante, aut post festum sancti Antonii abbatis. In cuius ostensionem Romani aduenientes, ⁊ in eius ostensione presentes habent Tria millia annorum indulgentiarum. Et illi qui sunt circa Romam aduenientes, ⁊ presentes

habent.vi.millia annorum. Ceteri vero, qui adueniunt per montes, valles, ⁊ colles habent.xii.millia annorum indulgẽ tiarum, ⁊ tot quadragenas, ⁊ remissionem tertie partis omnium peccatorum. Item existit vnum altare ad dexteram partem Chori decoratum porphyritico lapide in medio, super porphyritico lapide diuisa sunt ossa sanctorum Apostolorum, Petri ⁊ Pauli, ⁊ ponderata per beatum Siluestrum, sub anno domini.cccix. quando facta fuit illa ecclesia.

Item ad sinistram partem chori est vnum tabernaculum in quo hodierne seruatur illa sedes, seu cathedra, que fuit facta beato Petro, quando adhuc sedem episcopalem tenuit in Anthiochia, ⁊ pulchre decorata. Et in festo, quod dicitur Cathedra Petri ponitur foris ad chorum cum solẽnitate, vbi omnes homines pro sua deuotione eandem attingere possunt. Item circunstant columne.xii. de marmore bene, ⁊ pulite facte, ⁊ chorum attingentes, ex quibus vna cancello ferreo circũuoluta, ⁊ ornata est, de cuius virtute inscripta legas.

Hec est illa, ad quam dominus noster Jesus Christus inherens cum populo predicabat, ⁊ Deo patri preces in templo effundebat, adherendo stabat. Que vna cum alijs.xi.circunstantibus de Salomonis templo in triumphum huius Basilice locata fuit, demones expellit, ⁊ ab immundis spiritibus vexatos liberos reddit, ⁊ multa miracula quotidie facit. Item in transitu ad beatam Mariam de febribus est sepultura sancti Chrisostomi, que ante fuit ferro circundata, nunc imagine marmorea est erecta.



Tertia ecclesia principalis est ad Sanctum Paulum. In qua sunt omni die quadraginta octo anni indulgentiarum, ⁊ tot quadragene, ⁊ remissio tertie partis omnium peccatorum. Item in festo Conuersionis Sancti Pauli sunt ibidem.c.anni indulgentiarum, ⁊ tot quadragene. Item in festo, sanctorum Innocentum, quorum corpora ibidem multa requiescũt, sunt ibi quadraginta octo anni indulgentiarum, ⁊ tot quadragene. Item in dedicatione eiusdem ecclesie, que est in octaua sancti Martini, sunt ibi.M.Anni indulgentiarum, ⁊ tot quadragene, ⁊ remissio tertie partis om-

nium peccatorum. Item si quis intrauerit omnibus diebus Dominicis dicta in ecclesiam, habet tot indulgentias, ac si visitaret Sanctum Sepulchrum Domini in Hierusalem, aut si iret ad sanctum Jacobum in Gallitia.
Item in eadem Ecclesia est brachium sancte Anne matris virginis Marie. Item vna cathena, cum qua catenatus fuit sanctus Paulus. Et plures alie infinite reliquie.
Item sub altari maiori situata e medietas corporum sanctorum Apostolorum Petri ⁊ Pauli.
Item corpus sancti Timothei discipuli sancti Pauli requiescit in dicta ecclesia, ⁊ plures alie infinite reliquie sanctorum, quorum anime gaudent in celis.
Item in spelunca requiescunt ossa beata Sanctorum Celsi, Juliani, cum Basilissa. Item circa portam, que ducit ad sanctum Paulum Capena porta dicta, hic sepultura Romuli, ⁊ Remi creditur vulgo. Et etiam ibi prope Mons omnis terre.
Item ad dexteram partem Chori eiusdem ecclesie est deuotissima imago sancte Crucis, que allocuta est sanctam Brigidam, propter eius sedulas orationes coram eadem factas.



Quarta ecclesia principalis est ad sanctam Mariam Maiorem. In qua sunt omni die .xlviij. anni indulgentiarum, ⁊ tot quadragene, ⁊ remissio tertie partis omnium peccatorum.
Item in predicta ecclesia sunt he reliquie videlicet corpus Sancti Matthie apostoli sub maiori altari ipsius ecclesie. Caput eiusdem sancti Matthie apostoli requiescit in dicto ecclesia. Item corpus sancti Hieronymi doctoris ecclesie.
Item corpora sanctarum Rumule, ⁊ Redempte. Item panniculus beate Marie virginis, in quo requieuit eius filius in presepio. Item stola Sancti Hieronymi. Item brachium Sancti Matthei apostoli ⁊ Euangeliste. Item brachium Sancti Luce euangeliste. Item brachium Sancti Thome Archiepiscopi Cantuariensis, ⁊ martyris. Item caput ⁊

brachium sancte Vibiane virginis, & martyris. Itē presepe domini in prefata ecclesia recond tum est. Et multe, alie reliquie sanctorum, & sanctarum ibidem requiescunt, que ostendū tur in die Pasche hora veperarum, vel circa, quorum anime gaudent in celis. Item in vigilia, Ascensionis domini, qua celebratur festum Translationis corporis beati Hieronymi, qui ibidem requiescit. Ad altare ipsius est remissio omnium peccatorum a fe. re. Pio papa. ii. Item in omnibus festiuitatibus beate Marie virginis sunt ibi mille anni indulgentiarū. Item in festo Assumptionis beate Marie virginis vsque ad eius Natiuitatem sunt ibi. xij. milia annorum indulgentiarum vltra dictas indulgentias quotidianas.

¶ Sequuntur versus de Assumptione gloriosissime Virginis Marie.

Ad summum regina thronum defertur in altum,
Angelicis pielata choris, cui fertur & ipse
Filius occurrens, matrem super ethera ponit.



Quinta ecclesia prīcipalis est ad sanctum Laurentium extra muros in via Tyburtina in agro Veiano, in qua sunt omni die. xlviij. anni indulgentiarum, & tot quadragene, & remissio tertie partis omniū peccatorum. Item ibidem est lapis super quem positus fuit beatus Laurentius postquam assatus, & mortuus fuit. Item in festiuitatibus sanctorum Stephani prothomartyris, & Laurentij martyris, quorū corpora ibidē requiescunt, & per octa. eorūdem, ac in stationibus eiusdē ecclesie sunt. c. an. indulgētiar, & tot quadragene, & remissio tertie partis oīum peccatorum, ab antiquo concessa. Sed fe. re. Calixtus tertius pont. max. concessit omnibus vtriusque sex. Christifidelibus dictam ecclesiam deuote visitantibus in singulis festiuitatibus, & stationibus eiusdem ecclesie plenariam remissionem omniū peccatorū. Item siquis intrauerit dictam ecclesiam per annū omni quarta feria liberat animam a purgatorio. Item siquis intrauerit per ianuam stantem in Australi parte ecclesie predicte de vna cruce ad aliam plenarie confessus, & contritus habet remissionē omnium peccatorum. Item sunt in eadem ecclesia quam plures alie reliquie.

Sexta



Sexta Ecclesia, principalis est ad sanctos Fabianum, ⁊ Sebastianū in qua sunt omni die .xviii. Anni indulgentiarum, ⁊ tot quadragene ⁊ cum hoc remissio tertie partis omnium peccatorum. Item in eadem Ecclesia sunt omni die mille anni indulgentiarum dati ad Pelagio papa. Item in eadem ecclesia ad Catacumbas, ibi prope sunt tot indulgentie que sunt in ecclesijs sanctorum apostolorum Petri ⁊ Pauli, quia ibi corpora eorum iacuerunt abscondita longo tēpore in quodam fonte existente in dicta Ecclesia, supra quem est quoddam altare.

Item Silvester, Gregorius, honorius, Pelagius, Nicolaus, ⁊ Joannes summi pontifices concesserunt, ⁊ quilibet eorum cōcessit devote visitantibus dictam Ecclesiam causa devotiōis, orationis, aut peregrinationis, absq; peccatis mortalibus.

Item in dicta ecclesia iacet corpus Beati Sebastiani.

Item super altare Sancti Sebastiani, vbi iacet corpus eius, celebrauit missā Sanctus Gregorius papa pro anima vnius Imperatoris, ⁊ apparuit ei Angelis, ⁊ dixit. Hic est locus sanctissimus, in quo est diuina, ⁊ vera promissio, ⁊ omniū peccatorum remissio, splendor, ⁊ lux perpetua ⁊ sine fine leticia, quas Christi martyris Sebastianus promeruit virtute sacrificij liberatur anima. Item ibi est lapis, in quo Christus reliquit vestigia pedum suorum quando obuiauit Petro persecutionem fugienti. Quem recognoscens Petrus dixit ad eum. Domine quo vadis, Respondit ⁊ Christus Romam vt iterū crucifigar. Item in dicta ecclesia requiescit corpus sancti Fabiani pape, ⁊ martyris. Item corpus beati Stephani pape ⁊ martyris. Item corpus sancte Lucine virginis, que corpus Sancti Sebastiani in dicto loco sepeliuit, ⁊ hanc ecclesiā ad ipsius Sancti Sebastiani honorem construxit. Et .xviij. summi pontifices martyres, quorum quilibet dedit suam indul dulgentiam in dicta ecclesia sancti Sebastiani, requiescunt. Sunt ⁊ multe alie indulgentie in predicta ecclesia, que numerari non possunt, propter innumerabilia corpora sanctorum ibidem requiescentium.

Item in Cimiterio sancti Calixti est plenaria remissio omnium peccatorum.

Hic pia mens visei sanctorum frequenter
In Christo quorum gloria semper erit.

¶ Hic est cymiterium beati Calixti pape, et martyris incly- ti. Quicunque illud contritus, et confessus ingressus fuerit, ple nariam remissionem omnium peccatorum obtinebit, per meri ta Gloriosa centum, et septuaginta quattuor millium sanctorũ martyrum, quorum ibi corpora in pace sepulta sunt vna cum quadraginta sex summis pontificus beatis. Qui omnes ex magna tribulatione hoc venerunt, et vt heredes in domino fierent, mortis supplicium pro Christo nomine pertulerunt. Item omni die Dominica de mense Maio est in predicta ec- clesia Statio, et indulgentia.

¶ Salutatio ad sanctissimam Crucem.

Salue sola salux, o crux sanctissima, salue.
Crux, vbi pro nobis dulce pependit onus.
Diluis omne nefans, Adam quod traxit et Eua,
A pomo, primum decidit vnde malum.
Pomifero in ligno commissa est prima parentis
Culpa simul ligno pena luenda fuit.
Agne dei tali vexillo tartara ad isti,
Et redi nis vinctos tempora multa patres.
In te confido, dum passi vulnera cre
Quod mihi sis clauis, ianua et alta polo.



SEptima Ecclesia principa- lis, est ad sanctam Crucem in Hierusalem, in qua sunt omni die. xlviij. anni indulgen- tiarum, et tot quadragene, et re- missio tertie partis omniũ pec catorum. Item in summo alta ri requiescunt corpora sancto- rum Anastasij, et Cesarij. Item eandem ecclesiam, que vo catur ad sanctam Crucẽ in Hie rusalem, edificauit Cõstantinus filius Constantini magni Impe ratoris in honorem sancte Cru- cis ad preces sancte Helene, et sanctus Siluester papa consecrauit eam. Sunt omni die do-

minica.ccc.anni indulgentiarum, ⁊ tot quadragene, ⁊ remissio tertie partis omnium peccatorum. Ite hec sunt reliquie eiusdem ecclesie. Primo duo Cyphi vnus, qui fuit plenus de sanguine Christi, alter vero de lacte beate Marie virginis. Item spongia, in qua iudei porrexerunt Christo fel, ⁊ acetum. Item de ligno sancte Crucis. Item due spine de corona Christi. Unus clauus, cum quo fuit affixus Christus in cruce. Item de ligno crucis latronis pendentis ad dexteram Christi, qui fuit conuersus ad christum. Item titulus sancte crucis.

Item in capella, que vocatur hierusalem, quam mulieres non intrant, nisi semel in anno. s. in die dedicationis eiusdem qua celebratur in vigilia sancti Benedicti abbatis. s. xx. Martij, est remissio omnium peccatorum.

De indulgentijs ⁊ reliquijs sancte Marie in Transtyberim.

AD. S. Mariam transtyberim. Hic locus, vbi nunc illa venerabilis ecclesia est, olim appellabatur Taberna meritoria regionis Transtyberim, in qua Romani milites, qui amplius militare nō poterāt, eorum vite subsidia percipiebāt Et appellabatur meritoria, quia pro benemeritis eorum eis sportularis pecunia donabatur, in cuius atrio hi versus scripti erāt.

Roma vetus veteres cum te rexere quirites.
Nec bonus immunis, nec malus vllus erat.
Defunctis patribus successit praua iuuentus.
Quorum consilio precipitata ruis.

Ex hac taberna meritoria videlicet vbi ille due fenestelle ferree cancellate apud chorum sunt posite, tēpore quo dominus noster Jesus Christus de virgine Maria nasci dignatus est fons olei de terra exundauit, ac per totum illum diem, ac noctem largissimo riuo vsque ad Tyberim defluxit. Significans vnctionem Christi, ⁊ baptismum, atque doctrinam eius, qua omnes gentes imbueret ad credendum per baptismum. Quod miraculum attendens Sanctissimus Presul Calixtus natione Romanus, sicut erat iam ab antiquo tempore famatum, in eodem loco, vnde oleum fluxerat. Procedente quoque tempore cum aliquantulum cessaret persecutio a Christifidelibus, eadem ecclesia creditur nouis fabricis ampliata, quam Gregorium papa. iij. ob reuerentiam beate Marie virginis, ⁊ beati Calixti martyris fundamentis penitus dirutam, nouis fabricis cum tecto construxit, ac totam depinxit. Sunt sepulta ibi corpora sanctorum videlicet Calixti pape, Innocentij pape fundatorum ecclesie, Julij pape Sancti Quirini

Episcopi. Est in octaua die Assumptiōis beate Marie in Augusto ibi est Statio, et indulgentia.

Iam puerum summum pater post tempora natum
Accipimus, genitum tibi quem nos esse celum
Credimus, atque olei scaturire liquamina tybrim.
Hinc oleum fluxit cum christus virgine luxit
Hinc et donatur venia a quocunque rogatur.

Ad sanctum Grisogonum in prefata Regione transtyberim. In ista ecclesia sancti Grisogoni hec sunt reliquie, Brachium sancti Iacobi. Scapula sancti Andree apostoli, et caput dicti sancti Grisogoni. Sunt ibi indulgentie. Sedes et titulus cardinalis, est statio. xxiij. quadragesime.

Ad sanctam Ceciliam virginem. Ista ecclesia prenominate virginis est etiam in Regione transtyberim situata, vbi requiescit Corpus sancte Cecilie, etiam in corpora sanctorum Tyburtij, Ualeriani, Lucij Pape primi, et Maximiani sub altari in choro requiescunt. Sunt in eadem ecclesia plures alie reliquie. Fuerunt in dicta Ecclesia olim edes sancte Cecilie, et habitacula, que sanctus Paschalis papa consecrauit ad honorem omnipotentis dei, eiusque genetricis gloriose, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, beate Agathe, et Cecilie. Anno incarnationis dominice, ccc. indictiōn. xv. ecclesiam edificauit, sicut plenius in Episcopali libro continetur.

Ad sanctum Bartholomeum in insula. In ista ecclesia est corpus sancti Bartholomei supra altare maius in tabernaculo. Est etiam ibi corpus sancti Paulini, sancti Alberti, et sancti Marcelli, et sancti Superantij. Sunt ibi plures reliquie, que cū supradictis in die sancti Bartolomei aposto. et in dominica palmarum ostendūtur. Est vnus fons ante altare maius in choro, in quo inuenta sunt corpora sanctorum. s. Sancti Paulini, et Superantij, Apud illaz sunt. cc. anni indulgentiarum.

Ad sanctum Ioannem in insula ex opposito ecclesie. s. Bartholomei, Hic est vnū claustrum mulierū, ibi est vna capella beate Marie virginis, versus aquas Tyberis, que apud molendinas appellatur. Dicitur quod quodam tempore Tyberis creuit vltra lampades ardentes ante imaginem et non fuerunt extincte, nec videbatur illata aliqua illesio imagini peraquam.

Ad sanctum Nicolaū in carcere Tulliano in regione Ripe sunt iste reliquie, vna costa sancti Matthei Aposto.

li, ⁊ Euangeliste. Manus sancti Nicolai, brachiũ sancti Alexij. Est ibi in quadragesima statio.

AD sanctam Mariã in porticu in regione Rippe, hic est vnus lapis preciosus Saphyrus in quo imago dei ⁊ beate Marie, Uirginis miracu ose est impressa. Temporibus Joannis pape primi ⁊ Justini proprij filij Justiniani Augusti ⁊ Theodorici Regis Gottorum heretici italium opprimentis. Fuit in Urbe Matrona potentissima Sinaci Consulis, ⁊ Patricia filia nomine Galla inter Romanos diuitijs, ⁊ generositate precipua Patriciatusq; dignitate sublimis cognominata patricia moribus, ⁊ vita beata. Sic enim tẽporalibus visa est bonis, vt legem domini non desereret, ⁊ a diuitijs nullatenus declinaret. Et quia Christo sedula seruire curauit, suiq; in se creatoris similitudinem, ⁊ imaginẽ prudẽti circũspectione integrã, illibatamq; seruauit, Christi ⁊ beate Marie imaginem per manus sanctorũ angelorum in palatio suo suscipere meruit. Quadam enim die, dum familia circũsedente pranderet, supra propinatorium predicta imago omnipotentis dei, ac benedicte Marie matris filij nimio fulgore apparuit. Cuius immensa luce propinator verberatus ad dominam rediit, ⁊ quod acciderat territus nuntiauit. Mox Galla surgens a mensa venit ad dictum locum, lucem quidem vidit, sed imaginem decoram videre non potuit. Habito igitur consilio ⁊ multorum procerum comitata, ⁊ concursu ad Lateranense palatium festinauit, ⁊ pontifici apparitionẽ lucis religiosa grauitate narrauit, pijs lachrymis postulans, ⁊ magnis precibus, vt ad ancillam domini ipse dominus dignaretur venire, deo dante, ⁊ reuelante rem nouam plenius cogitaturus. Cuius sanctis precibus venerabilis pontifex acquiescens cum Cardinalibus, Episcopis, ⁊ maioribus Ciuitatis ad Galle palatium venit, ⁊ ad dictum locum accedens, extensis brachijs, ac oculis eleuatis in celum deuotissime intra lucem orauit. Cumq; adhuc venerabilis pater Papa orationi insisteret inter brachia sacratissimam suscepit imaginem, ⁊ eam adorandam circũstanti multitudini cum lachrymis timoris, ⁊ gaudij demonstrauit. Et quomodo beatus Gregorius. vij. consecrauit istam ecclesiam, qua ante fuit palatium prenominate Galle patricie, ⁊ de vita eius legitur in certis alijs legendis.

AD Sanctum Gregorium. In ista ecclesia sunt iste reliquie. De lacte beate Marie virginis, ⁊ de vestimen

tis eius vexillum, lancea, et caput sancti Gregorij. Quod caput sancti Georgij est repertum in vna capsa literis aureis demonstrantibus illud esse per .S. presulem Zachariam pap.i. ibidem locatum. Et deduci fecit regionem ad velum aureum in venerabilem istam diaconiam cum magna solemnitate, vbi in honore suo consecrata est ecclesia prenominata. Et plures alie reliquie, Statio et titulus cardinalis.

¶ Claudius Tyberius describens pugnatores ciues Romanos, inuenit Sexies decies centena milia. vcccc. et .cccc. milia. Quod adhuc reperitur scriptum ante dictam ecclesiam subtus porticum.

Ad sanctam Anastasiam. Ecclesia ista est versus palatium maius constructa ex opposito ecclesie sancti Georgi. Sunt ibi plures reliquie. Statio in quadragesima, et titulus cardinalis.

Ad sanctam Mariam, que vocatur Schola greca infra montem Auentinum, ante prenominatam ecclesiam positus est vnus lapis rotundus ad dispositionem faciei, et vultus qui dicebatur Bucca veritatis. Ad quem homines se expurgauerunt. Uirtutem suam per vnam mulierem perdidit. Fuit enim schola sancti Augustini.

Ad sanctam Sabinam. Ista venerabilis ecclesia vocatur ad sanctam Sabinam de vrbe in monte Auentino quam miro opere struxit presbyter vrbis Paulus Illiricus sub papa Celesti, sicut patet in literis aureis scriptis in parte posteriori ecclesie super portam Cyprianam. In isto loco fuit sedes Apostolica, sicut demonstrat structura palatij, in quo residens papa Honorius tertius, cum curia sua. Anno dñi. M.ccxvi. ordinem predicatorum, quem sanctus Dominicus a predecessore suo Papa innocentio in Concilio Lateranensis impetrauerat, auctoritate apostolica confirmauit. Et hanc ecclesiam beato Dominico ob specialem familiaritatem, et magne deuotionis affectum quem erga habuit, inhabitandam cum fratribus suis concessit. Cuius etiam ob perpetuam rei memoriam, Calix, papalis cum patena, et corporali, et altari, et capelle apostolice de alabastro in loco isto reseruatur. Hic sepulta sunt corpora sanctorum videlicet sancte Sabine, sancti Theodori, sancti Alexandri pape. Notandum Auentinum primam Regionem vrbis fuisse. Hic est vnus lapis niger suspensus, de quo isti versus habentur.

Credidit orantem iactato condere saxo.
Hic sanctum Dominicum hostis quod versat in ipsum
Marmoreas illesum confracto monstrat in euum
Huius fidem prebet suspensus et iste molaris.
Sunt quamplures alie reliquie notabiles et scripte, et est ibi statio in die Cinerum.

AD sanctum Alexium in eodem monte Auentino, est ecclesia qua antea fuit domus Patris sancti Alexij.
Hic est locus, et gradus, vbi predictus, Sanctus Alexius patri incognitus. Annis. xvij. penitentiam egit, vsque ad annum incarnationis dominice. cccviij. suum deo tradidit spiritum in isto loco sunt omni die. c. annij indulgentiarum, et totidem quadragene. De vita: et morte ipsius legitur plenius in sua legenda. Hic ostenditur in vno tabernaculo vna imago beate Marie virginis, circa quam ponuntur ista scripta scilicet. Hec est illa imago digna beate Marie semper virgini quodam existens in ecclesia eiusdem, beate Marie virginis in ciuitate Edessa, vbi beatus Alexius peregrinus degebat, et coram quasemper volebat orare, sed nec permittebatur. Unde ipsa beatissima imago bis miraculose locuta dixit custodi ecclesie. Fac introire hominem dei, idest Alexium, qui sedet foris in hostio, quia dignus est regno celorum. Sub altari maiori in choro sunt corpora sanctorum bonifacij martyris, et Alexij confessoris, vt bulla honorij pape. iij. patens demonstrat. Necnon hermetis martyris, et aliorum sanctorum reliquie, quorum meritis et intercessionibus ab omnibus malis, et a morbo epidimie liberemur.

AD sanctam Priscam ex opposito ecclesie Sancte Sabine in monte Auentino.
Hic vbi ab Euandro sacrata est herculis ara
Urbis Romane prima superstitio
Hic vbi structa deum veterum sunt templa locata
Que coluit sancte vana fides veterum
Montis Auentinis facta est nunc gloria maior
Unius veri religione dei.
Precipue tantum ob prisce iam nobile templum
Quod priscum merito par sibi nomen habet.
Nam petrus id coluit, populos dum sepe doceret.
Dum faceret magno sacraque sepe deo.
Dum quos facinorum sontis deceperat error,

Hic melius sacra purificaret aqua.
Quod demum multis sese voluentibus annis.
Corruit, at nulla subveniente manu
Summus at antistes Calixtus tertius ipsum
Extruit omne eius, restituitque decus.
Cui simul eterne tribuit dona ampla salutis.
Ipsius ne qua parte careret ope.

Ad sanctam Sabbam. Hic est vna fons conducta, in ecclesiam, cuius aquam homines gustare possunt, et bibentes curantur a fluxu sanguinis, vt quam sepissime claruit miraculis. Est enim in isto fonte sancto de scapulario sancti Sabbe abbatis et confessoris. Estque ibi vna abbatia ordinis sancti benedicti. Item recondita sunt in ista ecclesia corpora Titi et vespasiani imp. que videri possunt quotidie. Ad quorum sepulchrum scribuntur isti versus.
Conditur hic tumulo Titus et cum Vespasiano
Patre e felici, sed clarent prospera Titti.
Urbem hierusalem pressit dominique rebelles
Utque aper in Silua crudelis solus in hostes.
Expurgat vineam sabbaoth spernendo laborem.
Reddidit et populo pro factis congrua nequam.

Ad sanctum Anastasium ibi ad tres fontes, in ista ecclesia, et monasterio habetur scripta in choro in bulla que sic incipit, vt sequitur. Anno. M.ccl. quarto nonas quo Christus venit, et mundum redemit actu diuino, Kal. Aprilis. Honorius felix mona. dia. facer. hanc aulam consecrauit. Papaque dicauit diuinis. Ac ter septem cardinales collaterales interfuerunt ad martyris dei honorem et tunc astiterunt etc. Et hic est colunna super quam beatus Paulus apostolus decollatus est. In capella ad tres fontes est locus martyrii sancti pauli apostoli.

Ad sanctam Mariam Scale celi. Hic est secunda capella fundata in toto mundo ad honorem gloriosissime virginis Marie. Et vocatur Scale celi, quia beatus Barnardus dum celebraret in ista capella, meruit videre scalas in celum vsque erectas, ac angelos animas in celos per easdem ducentes. In qua capella quicunque celebrant, aut celebrari faciunt pro animabus existentibus in purgatorio, meritis eiusdem gloriose, virginis Marie, dicte anime cito liberantur. Et quicquid ibi deuote petitur, sine dubio impetratur. Et sunt ibi plures indulgentie, vt patet in tabula indulgentiarum. Item sunt recondita ibi ossa decem

milium martyrum.

AD sanctam Mariam Annunciatam. Item Anno domini. M. cc. Pontif. dñi Honorii pape. iii. Anno. v. indictione. xiiii. mensis Augusti die. ix. dedicata est hec ecclesia in honorem beate Marie virginis, et omnium sanctorum, per manus venerabilium Augustini, et Joannis sanguini Episcoporum, assistente dicto Joanne ville magne Joanne sancte Marie de Rosilla. Sunt etiam ibi in altari certe et scripte reliquie per manus supradictorum recondite, quarum nomina ponuntur in vna tabula apud altare. Item sciendum quod vbi illa Crux in medio itineris dicte Ecclesie, et sancti Sebastiani est posita, sunt capitulata ista. x. millia martyrum et militum.

DOmine quo vadis: in isto loco quando Angelus domini beatum Petrum eripuit de manu Neronis, Saluator ei obuiauit, cui petrus ait. Domine quo vadis: Et respondens, Vado Romam vt iterum crucifigar. Sunt multe indulgentie.

AD sanctum Joannem ante portam latinam. Ista ecclesia est constructa apud illam portam, que dicitur porta latina. Ibi adhuc est locus vbi missus est sanctus Joannes in oleum feruentissimum. Sunt ibidem multe indulgentie. Estque statio in quadragesima in dicta ecclesia.

AD sanctum Sixtum ante portam Appiam, est claustrum mulierum, in strata, vbi itur ad sanctum Sebastianū. statio in quadragesima, et est titulus cardinalis.

AD sanctam Balbinam. Ista ecclesia dicitur etiam ad sanctum Saluatorem: cuius imago in corona supra summum altare ostenditur, vbi sepulta sunt. iiii. corpora sanctorum videlicet sancte Sabine sancti Quirini, et illarum duarum virginum, quibus prenominata imago apparuit. Est etiam ibi statio in Quadragesima, et titulus Cardinalis. Sanctus Gregorius consecrauit ecclesiam istam et concessit. vij. annos indul.

AD sanctum Gregorium est vna Abbatia, Gregorius Episcopus seruus seruorum dei etc. sicut continetur in priuilegio. Qui anno secundo sui presulatus etc. collecta Cardinalium, Episcoporum: et ceterorum Romañ. ecclesie multitudine Ecclesiam istam, quam ad honorem sancti Andree in dioscauri construxerat, in qua rudimenta, et sanctitatis susceperat incrementa, eo quod detulit, prout eius anima desiderabat consecrauit. Quam ecclesiam etiam plenarie dotauit

& priuilegijs apostolicis premuniuit. Consecratione vero perfecta flexis ad terram genibus, se deo humili supplicatione prosternens preces fudit ad dominum dicens. Domine Jesu Christe fili dei viui, qui dixisti apostolis, & per apostolos vniuersis fidelibus christianis. Quodcunque petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Peto ab omnipotentia maiestatis tue, quatenus quicunque deinceps in huius ecclesie circuitu elegerit sepulturam (dummodo christianam fidem teneat) imperpetuum damnationis eterne incendijs non sit mancipandus, sed ad eterne vite gaudia sublimandus. Oratione vero completa apparuit ei angelus domini dicens Gregorij exaudita est oratio tua. Hic est brachium sancti gregorij pape. i. Est etiam & crux sancti Pantaleonis.

Ad sanctos Joannem. & Paulum in Celio monte. Hic requiescunt corpora sanctorum Joannis, & Pauli. Circa ista loca sancta ponitur vna bulla sculpta, que dicit de recon ditione isto um sanctorum prenominatorum.

Presbyter ecclesie Romane rite Joannes.
hic animi voto dona vouendo dedit.
Martyribus christi Paulo, pariterque Joanni,
passio quo sedem contulit esse pares,
Statio, & titulus Cardinalis.

Ad sanctum Stephanum in Celiomonte est ecclesia structure rotunde Ecclesia, hic prothomartyris Stephani diu antea collapsa Nicolaus. v. pontifex maximus ex integro instaurauit. Ibi sunt fratres ordinis sancti pauli primi heremite. De cuius vita, & obitu hec scripta poteris legere.

Obitus, & vite primi tempus heremite
Ut breuiter dicam, hec inspice scripta solerte.
Anno centesimo, & septuagesimo primo
Post incarnatum xpm de virgine natum
Thebai de genitus paulus heremita primus,
Hic sextidecimanni cum peruenisset ad annum,
Mundum reliquit, heremi secreta petiuit,
Cui ter denis cum septem insuper annis
Palam dedit victum corporis pariter & amictum
Celicus huic humana pastus annis sexaginta,
Domino mittente, quottidie coruoque feruente,
Post hoc ducentis octuaginta sex quoque annis
Patris eterni filij de virgine nati
Anno centesimo, decimoque sue vite terno
Paulus de mundo choris septem letabundo

Lluium sanctorum abijt ad regna celorum.

¶ Anno vero domini. M. ccl. translatus de Constantinopoli Venetias. Anno quidem. ccclxxxi. translatus de Venetijs in Ungariam. Statio, et ti. Cardi.

Ad sanctam Mariam in nauicula in eodem Celiomonte ponitur vna nauis Lapidea in signum miraculi ante introitum ecclesie. statio in quadragesima, et titulus Cardinalis.

Ad sanctam Mariam imperatricem. hic est imago beatissime virginis Marie, que etiam allocuta est beatum Gregorium papam, dicendo. Quare amplius non me salutas, cum semper pretereundo imaginem meam salutaueras, sanctus Gregorius geniculando orauit, et petiuit veniam coram a prenominata imagine. Et concessit post hoc omnibus geniculando orantibus cum ter Pater noster, et ter Aue maria, bona intentatione, et mente bona, toties, quoties id fecerint. xv. annos indulgentiarum.

Ad sanctum Petrum Marcellinum. Anno a Natiuitate domini. M. ccxvi. Indictione. xiiij. die. x. mensis Aprilis. Alexander papa consecrauit hanc ecclesiam sanctorum Petri, et Marcelli, et vtrumque altare. Et reposuit in maiori altari de reliquijs prenominatorum, et plurimorum sanctorum, quorum nomina bene legi possunt in sculptura apud hostium ecclesie Concessit ipsi ecclesie a die consecrationis predicte vsque ad octauam singulis diebus indulgentiam trium annorum, et trium quadragenarum. Et deinde transtulit dictam indulgentiam de dicta die in feriam secundam post Dominicam secundam quadragesime. Qua die addidit indulgentiam vnius anni et. xl. dierum. Titulus Cardinalis, et statio in quadragesima.

Ad quatuor coronatos. Beatus Leo. iiij. papa sub maiori altari recondens collocauit corpora sanctorum martyrum Claudij, Nicostini Symphronij et plurimorum sanctorum, quorum nomina sculpta sunt circa prenominatum altare, et etiam corpora aliorum sanctorum quorum nomina deo sunt cognita. Item anno incarnationis domini nostri Jesu Christi. M. cxi. indictione. iiij. v. idus Maii. Pascalis papa Anno. ii. sui pontificatus iussit cauare sub altari, quod prius combustum et confractum fuerat, et inuenit duas, Conchas, vnam propheticam et alteram ex promisso. In quibus erant sacra corpora supradictorum sanctorum. Item tertia vero die iussit vndique murari Conchas, et de super altare reedificari ad

memoriam, et honorem dictorum sanctorum: et laudem domini nostri Jesu Christi. Statio et titulus Cardinalis.

Ad sanctum Clementem est claustrum fratrum, ordinis sancti Ambrosij. Sub altari maiore requiescit corpus sancti Clementis et pape et martyris: quod translatum fuit dei Ciuitate Cersona transpontum maris in hanc vrbem per christianissimum, et clementissimum Justinianum Imperatorem. Et hic multorum aliorum sanctorum sunt reliquie: et concesse multe indulgentie per summos Pontifices maxime per sanctissimum Gelasium papam: qui quotidie illuc venientibus. xl. annorum: totidem quadragenarum veniam suorum indulsit peccatorum de gratia speciali, et in. xl. duplicantur. Item. fe. re. Alexandri pape. iij. ad honorem sancti Ignatij martyris, cuius corpus in prenominato altari requiescit, per suum priuilegium concessit, et largitu est: et tertiam partem omnium peccatorum. Statio, et titulus Cardinalis.

¶ Item habetur in serie Ro. pontificum, quod Joannes Anglicus post Leonem sedit Annis. ij. mensibus. v. diebus. iiij. Uacauit sedes mense vno, vt asseritur femina fuit: et iuuenili habitu ab amante suo Athenis ducta, in diuersis scientijs tantum profecit, vt Rome tandem legeret ad triennium, et magnos magistros haberet discipulos nec sibi quisquam similis ibidem inueniebatur. Magne itaque scientie et opinionis existens, in papam concorditer eligitur sed in papatu per familiarem impregnatur. Uerum tempus partus ignorans, de sancto Petro in Lateranum tendens, angustiata peperit inter Coliseum, et sanctum Clementem, et ibidem (vt dicitur) moritur. Hanc viam quando papa declinat (dicitur a plerisque) quod propter detestationem facti hoc fiat. Nec ponitur in Catalogo pontificum propter mulicbrem sexum quantum ad hanc deformitatem.

Ad sanctam Mariam nouam. Ista ecclesia est contigua templo, quod dicitur: eternitatis. In Natiuitate domini nostri Jesu Christi multa miracula apparuerunt in eo. Nam templum pacis Rome constructum (vt dicit Innocentius. iij.) propter pacem, que. xij. Annis Rome fuit. Appollo Rome consultus, respondit non casurum donec virgo pareret, funditus ea nocte corruit. Item in dicta ecclesia est vna imago beate Marie virginis in vno tabernaculo, quam beatus Lucas discipulus Christi depinxit in Troade Grecie, quam Angelus de frangapanis secum Romam detulit in dictam ecclesiam, que tempore honorij. iij. tota per incendia consumpta

dispositioni istius imaginis nulla lesio facta fuit. Sunt in prenominata ecclesia reliquie videlicet. De fragmentis quando dominus noster Jesus Christus cibauit quinque millia hominum dc. v. panibus ordeaceis. Sunt ibi infra altare in choro sepulta corpora sanctorum scilicet sancti Nemasij tribuni patris sancti Justini, sancti Symphoriani, sancti Olympi, sancti Exemperij, sancte Lucille, et multe reliquie adducte de Cymiterio sancti Calixti. Est ibi sepulta quedam domina Romana nobilis nomine Francisca, deo deuota, cuius sepultura est cancellata ferro, et deaurata, qua vsque huc non est canonizata, et nomen eius in libro vite scriptum est. titulus Cardinalis.

AD sanctos Cosmam, et Damianum. In ista ecclesia ponuntur infrascripta metra, musaica arte superius in pariete.

Aula dei claris radiat speciosa metallis,
 In qua plus fidei lux preciosa micat.
Martyribus medicis populo spes certa salutis,
 Uenit, et ex sacro creuit honore locus.
Obtulit hec domino felix antistes dignum
 Munus, qui in terra viuet et inde polo.

¶ Quicunque visitauerit istam venerabilem sanctorum martyrum Cosme, et Damiani ecclesiam, habet omni die mille annos de indulgentia, datos a beato Gregorio papa. i. Et ipse beatus Gregorius consecrauit altare maius istius ecclesie, et posuit sub illo altari corpora sanctorum martyrum Cosme et Damiani, et plurimorum santorum corpora, quorum nomina habentur in vna tabula circa dictum altare.

AD sanctam Mariam libera nos a penis inferni, sanctus Siluester Romanus pontifex a quo Constantinus imperator a lepra liberatus, et baptizatus est, consecrauit hunc locum. Que Capella beate Marie virginis vocatur, Libera nos a penis inferni. Et dictus sanctus Siluester concessit omnibus: et singulis vere penitentibus, et confessis ad dictum locum venientibus, ac eleemosynam pie largientibus. xi. Millia annorum de indulgentia.

AD sanctam Mariam de consolatione est imago beate Marie, que multa facit miracula, et est in eadem ecclesia plenaria remissio omnium peccatorum in die dnica. ij. mensis Junij a primis vesperis vsque ad secundas vesperas a papa Sixto. iiij. concessas.

AD sanctam Mariam de gratia hic est vnum hospitale vbi quotidie fiunt elemosyne pro infirmis, et egi otantibus per societatem Romanorum.

AD carcerē beati Petri apostoli retro Capitolium. In hac venerabili ecclesia est concessa a Romañ. pontificibus vere penitentibus: et confessis, visitantibus dictam ecclesiam: ac largientibus suas elemosynas quottidie tertie pars omniū peccatorū remissio et .cc. annorum indulgētia. Nec non voluerunt dicti summi pontifices dictam indulgentiam in diebus festiuis duplicari. Item in dicta ecclesia est fons, qui miraculose apparuit: quādo beati apostoli Petrus et Paulus stabant in dicto loco incarcerati. De cuius fontis aqua baptizati sunt per manus dictorū apostolorum sanctus processus: et Martinianus, qui custodiebant in carcere dictos apostolos. Corpora vero dictorum martyrum sunt in dicta ecclesia sepulta.

AD sanctum Adrianum retro Capitolium: et prope An no domini. M.ccxvij. pont. dñi Gregorij pape. i. Anno. i. Indictione. i. mensis Januarij die. xviij. inuenta sunt corpora sanctorum Marij, et Marthe, et reliquie sancti Adriani sub maiori altari, et corpora sanctorum trium puerorum in Abside supra columnam recondita per magistrum Pelagium episcopum Albanen. et dominum Stephanum eiusdem ecclesie Diaconum Cardinalem, cum clericis ipsius ecclesie videlicet Bartholomeo presbytero et paulo Diacono Romañ. Nomina plurimorum Episcoporum. Subdiaconorū, Clericorum. et reliquiarum patent in vna sculptura in choro predicte ecclesie. Item ad supplicationem dicti dñi Stephani Cardinalis Diaconi pauli et Oliuerij dñs Gregorijs papa. xi. hanc ecclesiam edificauit. Actum anno, die mense, et indictione (vt supra.)

AD sanctum Marcum in regione Pinee, sunt multe venerabiles reliquie, que festiuis diebus ponuntur super altare in vna capsula, quarum nomina patent in vna cedula circa ipsam capsulā, vt vnusquisque deuotus legere possit.

Quam ecclesiam Paulus papa. ij. a fundamento renouauit. maximisq; indulgentijs eam dotauit, videlicet omnes et singuli, qui eandem ecclesiam in octaua sanctissime corporis domini nostri Jesu Christi, et in Epiphania domini a primis vesperis vsq; ad secundas vesperas inclusiue.

Etiam quia, Feria secunda hebdomade Sancte nuncupa-

te proxime sequutura, vsqz ad feriã tertiam Resurrectionis dominice immediate sequeñ. tribus continuis, aut interpellatis diebus, saltem semel in die, personaliter & deuote visitauerint annuatim. Et pro spiritualibus ac temporalibus ipsius Ecclesie ornamẽt & huiusmodi manus porrexerint adiutrices, omnium suorum peccatorum plenariam remissionem, & indulgentiam consequentur.

Ad sanctos Apostolos in regione Colunne. Hec est veneratiis ecclesia in honorem. xij. Apostolorum primo a Constantino fundata, & postmodum ab hereticis fuit destructa. Pelagius & Joannes summi pontifices eã in gradum pristinum instaurantes, multorum sanctorum corporibus, ac indulgentijs exornarunt corporibus apostolorum, Philippi, & Jacobi iunioris in maiori altari' reconditis. In dextera parte Eugenie virginis, & aliorum martyrum corpora. in sinistra vero corpus Sabini martyris, Colophum beati Thome apostoli. Altaria sacra seruant pedem Philippi, brachium Sancti Jacobi zebedei, costam sancti Laurentij spatulam, & brachium sancti Blasi, beatorum apostolorum martyrum suprapositia fenestra reponit semper in sexta feria quatuor temporum & v. feria, dominica in albis, ac dominica qua canitur Canite tuba. statio est in ea primo ebal. Maij. Et in solentatibus supra dictorũ sanctorũ remissionibus a pontificibus Romanis cõcessis, satis dinoscitur premunita, statio in quadragesima, & titulus Card.

Ad sanctam Mariam in uiolatam in regione Tregi. In ista ecclesia est Oratorium in quo beatus Lucas depinxit quatuor imagines virginis Marie. Unam ad sui deuotionem in eo statu, quo beatus lucas habuit notitiam ipsius virginis benedicte, ideo cum annulo in digito depinxit, que manet vsqz in hodiernum diem in dicto oratorio. Et quia multa miracula beata virgo Maria in dicta imagine operabatur, christiani ad eam confluentes ad dictam ecclesiam veniebant, & refecti gratia, leti ad propria reuertebantur. Uocabatur autem Oratorium sancti pauli & Luce.

Ad sanctũ Marcellum in regionem Tregi. In ista ecclesia est monasterium Seruorum beate virginis. Est in ista ecclesia vna sepultura porphyretica, in qua recondita sunt corpora sanctarum virginum, & martyrum Digne, & Merite, & brachium sancti Matthei apostoli. Que omnia tempore Sanctissimi domini nostri pape Calixti Tertij

a populo Romano visa sunt. Hic est sepulta sancta Felicitas cum .vij. filijs. Statio, et titulus Cardinalis.

AD Sanctum Siluestrum in Regione Columne requiescunt corpora sanctorum, et sanctarum, quorum notitia natalitiorum patet in vna scriptura longa.
Ostenditur in ista ecclesia caput sancti Joannis baptiste. Reliquie sancti Laurentij. Unum frustum, de cappa Sancti Francisci. Et plures alie in die sancti Joannis Baptiste et sancti Siluestri ostenduntur, quarum nomina in ostensione reuelantur.

AD sanctum Laurentium in Lucina in regione Campi Martis. Anno incarnationis Dominice. M.c.xcvi. pontificatus domini Celestini pape .iij. Anno eius sexto Indictione .xiiij. Mense Maio. Dedicata fuit hec ecclesia per manus eiusdem domini Celestini, cum quo interfuerant Archiepiscopi Eboracen. ac Ceretinen. Sipontinus Episcopus Albanen. Octauianus. Hostien. Petrus portuen. Joannes Viterbien. Nicolaus Symphonien. etc. et tota curia Cardinalium, Presidente huic ecclesie Cinthio Cardinali. Facta autem est hec dedicatio ad honorem Dei, et beati martyris Laurentij cum deuotione totius populi Romani adiacentium populo cum tanta solennitate, et gloria quanta hactenus nec recognita, nec visa fuit. Hec sunt reliquie, que sunt recondite sub maiori altari Due ampulle cum adipe: et sanguine Sancti Laurentij, et vas plenum de cremata carne sancti Laurentij. Pansare, quo Angelus tersit corpus eius. Craticula, super qua assatus fuit sanctus Laurentius. Et corpora beatorum martyrum Alexandri pape. Euentij, Theodoli, Seuerine, Pontiani Eusebij, Vincentij, Peregrini, Gordiani, et nomina plurimorum sanctorum, et reliquiarum patent in dextera parte chori literis sculptis.

AD Sanctum Triphonem, est ecclesia contigua ecclesie Sancti Augustini. Estque ibi statio in quadragesima et indulgentia.

AD Sanctum Augustinum in regione Campi Martis, est vna ecclesia noua nunc a fundamentis pulchre erecta, et constructa. Hic est sepultura sancte Monice.
Estque caput sancte Monice et caput sancte Rufine. Hic est principalior imago inter omnes imagines, quas depinxit sanctus Lucas, quam semper, quocunque ierat secum portauit. Et est reperta in sepultura sancti Luce circa caput eius. Et vocatur sancta Maria virgo virginum, et mater omnium.

Etiam

Etiam per totam vrbem Romanam claruit miraculis tēpore
Innocentij pape. viij. Anno Dñi. M.cccclxxxv.

AD sanctum Appollinarem requiescunt corpora sancto-
rum martyrum Eustratij, Mardarij, Eugenie, Orestis, &
Auentij sub maiori altari. Statio in quadragesima, &
Cardinalis.

sedes AD sanctam Mariam de populo ad portam Flamineam
que hac de causa hoc nomine appellatur, scilicet de po-
pulo. Nam tempore paschalis, vbi nunc altare maius
est, erat quedam arbor Nucis alias arbores in altitudine pre
cellens, in qua demones latitabant, Neronis corpus custodiē
tes. Qui omnes transeuntes per prenominatam portam Fla-
mineam trucidabant, & penitus suffocabant. Audiens autem
hoc sanctissimus papa Paschalis predictus, omni populo in
duxit ieiunium. Etenim ipse cū Clero in oratione persistēs,
deuote supplicando, vt deus, & beata virgo Maria dignaren
tur populum Romanum in tam inhumanissima & terribili pe
ste liberare, ac cui placeret, quid faciendum misericorditer re
uelaret. Cui tertia nocte apparuit beata Virgo Maria bis
alloquens eum dixit. Paschalis surge, & egredere ad locum,
qui Flaminea porta dicitur, iuxta quam arborem Nucis re-
peries, alias arbores altitudine precellentem. Quam trunca-
ri facias, & penitus eradicari, & in eodem loco meo nomini
facias Ecclesiam fabricari. Qui cum euigilasset statim dictū
locum accessit, congregata multitudine populi, ac cleri, & pre
latorum processionaliter dictam arborem precepit inscindi,
atq; radicitus eradicari. Mox vt extitit arbore radicata, ma
nibus proprijs ibi altare fundauit, & postmodum in suis con-
secrationis memoriam certis reliquijs insigniuit, & misericor
diter indulgentias promulgauit. In cuius consecratione om-
nibus deuote accedentibus, & suas elemosynas largientibus,
iuxta suarum viriū possibilitatem, supradictus papa pascha-
lis concessit a feria. vi. post. iij. dominicā quadragesime vsq;
ad octauā pasche pro quolibet die. M. annos, & totidē qua
dragenas ob reuerentiam virginis gloriose. Quam Sixtus
papa. iiij. de nouo a fundamento renouauit, & tam maximis
indulgentijs dotauit, videlicet omnes, & singuli, qui eandem
ecclesiam in Natiuitatis Purificationis, Annunciationis,
Visitationis, Assumptionis, Marie virginis, festiuitatibus a
primis vesperis vsq; ad secundas vesperas singulis earūdē
festiuitatibus, & qualibet die sabbati singularū hebdomada-
rum, xl. plenariam omnium suorū peccatorum remissionem, &

veniam consequantur. In eadem ecclesia sunt quamplures venerabilissime reliquie, quarum nomina nimis esset enarrare.

Ad sanctam Bibianam est locus, qui vocabatur ab antiquo tempore Ursi pileati, nostris vero tēporibus monasterium sancte Bibiane. Item anno a natiuitate domini. M. honorius papa. iiij. pōtificatus sui anno. viij. Mense Martij. vi. feria ante dominicam passionis, cum magna solēnitate hanc ecclesiam in honorem beate bibiane virginis, et martyris consecrauit, remissionem trium annorum, et trium quadragenarum a die consecrationis, quam tertia die ante ipsam dominicam passionis statuit celebranda, vsq; ad octauam ipsius annuatim singulis diebus ad aulam deuote venientibus indulgendo. In isto loco plantauit sancta Bibiana vnā herbam, qua puluerizata homines a morbo caduco curantur. Quomodo suscipendus est iste puluis ponitur in scriptis. Fuerunt in isto loco sepulta. v. milia, corpora sanctorum martyrum absq; paruulis, et mulieribus. Et ibidem est indulgentia maxima, vt in cronicis veraciter enarratur. Sunt etiam ibi sexcenta milia annorum indulgentie in festo omnium sanctorum.

Ad sanctum Eusebium est monasterium, in quo sunt vij. M. cccc. et. liiij. quadragene, vere indulgentie concesse omnibus visitantibus, et manus porrigentibus adiutrices. Nomina multorum sanctorum quorum corpora in ista ecclesia sancti Eusebij recondita sunt, possunt legi in vna tabula scripta secundum ordinem. statio et titu. Cardina.

Ad sanctum Matheum in via, vbi progeditur de sancto Joanne Lateran. ad ecclesiam sancte Marie Maioris. Ibi sunt. M. Anni indulgentiarum, et tot quadragene, et remissio tertie partis omnium peccatorum Quas cōfirmauit, honorius, Alexander, et innocentius pontifices.

Ad sanctum Julianum ex opposito Ecclesie sancti Eusebij. Hic prope videntur adhuc ab antiquo idolorum imagines posite. Sunt in ista ecclesia sancti Juliani fratres carmilite. Notandum est q ibi fit vna aqua benedicta, cum reliquijs sanctorum Juliani, et alberti, que curat omnes febricitantes, et etiā alias infirmitates, qui eiuni sumunt cum tribus pater noster, et totidem Aue maria ad laudes omnipotentis dei, gloriose virginis Marie, et sanctorum Juliani, et Alberti, vel vnam missam in honorem prenominati sancti Alberti, legant vel legi faciant. Quorum sanctorum festiuitates celebrantur, die septima Augusti.

Ad sanctum Uitum ad macellos (vt aiunt.) In ista ecclesia est vnus lapis marmoreus ferreis cancellis circundatus, super quo trucidata, seu interfecta sunt vltra mille corpora sanctorum martyrum. Habenturque in predicta ecclesia. vi. millia annorum et totidem quadragene. Item in supradicta ecclesia habetur talis gratia per merita sanctorum Uiti, et Modesti, atque Crescētie, quod quicunque fuisset lesus vel morsus ab aliquo Cane rabido, vel furioso, vel a quouis alio animali: Panem tinctum in oleo sancti Uiti comederit, ipsius sancti meritis ab instanti liberabitur.

Ad sanctam Praxedem Temporibus sanctissimi, ac beatissimi apostolici dñi Paschalis pape introducta sunt veneranda sanctorum corpora in hanc sanctam, et venerabilem Ecclesiā beate christine virginis Praxedis que predictus pontifex diruta et in cymiterio iacentia auferens, sub Altari summo proprijs manibus collocata, In mense Julio. Die vigesima. Indictione decima.

¶ In capella Libera nos a penis inferni, et horto paradisi est colūna, ad quam ligatus fuit Dñs noster Jesus Christus in passione sua. Et super dictam colūnam sunt corpora sanctorum martyrum Ualentini, et Zenonis. Et in medio capelle sub lapide rotundo sunt corpora. xl. martyrum Et in sinistra manu est lapis, super quem positum est plūbum cum quo colunna fuit mutuata, quam mulieres tangunt, quia dictam capellā intrare non possunt. Sub isto lapide sunt sepulti. xl. summi pontifices et quottidie sunt ibi indulgentie. xij. M. annorum et totidem quadragenarum et remissio tertie partis omnium peccatorum In medio ecclesie, vbi ferrum circundat lapidem rotundum, sub isto lapide dicitur esse sanguis sanctorum martyrum, quem beata Praxedis cum quadam spongia colligens in hunc puteum lapide rotundo conclusum infundebat, et multa sanctorum corpora in ipso celauit, per quorum merita concedat nobis deus celorum regna. Item in hac supradicta venerabili capella est altare, super quo paschalis papa predictus celebrauit quinque missas pro quadam anima defuncta, quibus finitis visibiliter vidit illam deferre beatam virginem in gremium omnipotentis dei: vt euidenter patet in parietate dicte capelle supra fenestram ferream. Quo miraculo viso auctoritate apostolica dimisit, quod si quis celebrare fecerit, extrahet vnam animam de purgatorio.

Ad sanctum Martinum in montibus temporibus domini Sergij pape iunioris in sacro altari beati Siluestri

presulis et beati Martini cum beato Fabiano: Sebastiano et Sottere martyribus, ac summis pontificibus, insimulque Asterio, cum sanctissima filia eius, sancto Ciriaco etc. De pluribus corporibus sanctorum habetur sculpta una bulla in marmore ad dextram partem chori summi altaris prenominate ecclesie.

Item isti sequentes versus sunt scripti literis aureis, siue opere musaico triplici, circulo in circuitu parietis supra summum altare istius ecclesie.

Sergius hanc cepit presul, quam cernitis, aulam,
Romane sedis diuino tactus amore.
Cenobium sacrum statuit: monachosque locauit.
Regna quibus Martinus ouans, Silueſter et almus.
Qui moriens nullum potuit conferre decorem.
Perfecit solers melius quamque ante manebat.
Qui dño assiduas valeant persoluere laudes,
Prefulgent: gaudentque simul sic nomine, christi
Sed mox papa Leo quartus cum culmina sumpsit,
Atque pie factam picturam ornauit honeste
Talibus et donis hec templa dicata coruscant.

Ad sanctum Ciriacum retro Thermas est vna ecclesia nunc ruinis obsita, vbi quondam erat statio et indulgentia, sed tempore Sixti pape quarti hec omnia translata sunt in ecclesiam. s. Quirici apud turrim Militie.

Instaurata vides Quiricus cum matre Julita,
Que fuerant longa diruta templa die.
Principe sub Sixto delubris nulla vetustas.
Hic reficit pontes, menia, templa, vias.

¶ Sunt sub altari maiori recondite reliquie de pluribus martyribus, quorum nomina habentur scripta apud predictum altare.

Ad sanctam Susannam apud Termas. Ibi sunt sepulta corpora sancte Susanne, et patris eius. Est ibi claustrum ordinis sancti Augustini. statio in quadragesima, et titulus Cardinalis.

Ad sanctam Potentianam. In ista ecclesia sancte Potentiane sororis sancte Praxedis requiescunt vltra tria milia corpora sanctorum martyrum in cimiterio Priscille. Et papa Simplicius cōsecrauit hanc ecclesiam, et concessit pro quolibet corpore deuote eam visitantibus, Indulgentias vnius anni, et vnam quadragenam, et tertie partis peccatorum remissionem. papa Celestinus Bonifacius, Clemens, Gregorius, Urbanus, et Alexander quilibet istorum concessit indulgentias

que omni die legi possunt in vna tabula scripta. Item in prima capella huius ecclesie retro summum altare versus meridiem celebrauit sanctus petrus apostolus primitias suas. Et in maiori capella versu meridiem est puteus, in quo reconditus est sanguis trium milium martyrum. Et in ea capella vocata sancti Pastoris, quidam sacerdos missam celebrans infestatione diaboli agitatus in eleuatione sancta dubitauit ibi esse verum corpus domini nostri iesu Christi, et statim hostia de altari super lapidem marmoreum cecidit. Sacerdos videns hoc miraculum, pauit. et manibus maxima cum reuerentia hostiam suscepit, que ibidem supra lapidem miraculose sue magnitudinis signum reliquit, quod cancellis ferreis obductum est, vt quotidie videri potest. Et ex hoc miraculo sacerdos credidit id, qui antea dubitauit. Statio in quadragesima, et titulus Cardinalis.

AD sanctam Indolam est claustrum mulierum, in quo raro intrant mulieres, et alij homines.

AD sanctum Uitalem est vna ecclesia per Sixtum papam .iiij. instaurata tempore suo anno Jubilei. Est statio, et titulus Cardinalis.

AD Sanctum Laurentium palisperne, inter palatia Decij imperatoris, ista ecclesia est constructa. Hic est locus martyrij vbi assatus est beatus Laurentius: Sepultura quoque extitit beate Brigide, que regina regni Suetie. Ibi in prenominata ecclesia sancti Laurentij plures reliquie ostenduntur feria .v. quadragesime, quarum nomina habentur in vna tabula scripta. Una pars craticule, brachium sancti Laurentij. Item in vno cristalo certi carbones quibus assatus est sanctus Laurentius, qui clare videri possunt, etiam ossa sancti Laurentij. statio in quadragesima. Et est claustrum mulierũ.

AD sanctam Euphemiam. Ista ecclesia est in medio istarum ecclesiarum. s. sancte Potentiane, et sancti Petri ad vincula, inferius in stratis, qua itur ad sanctam Mariam maiorem est claustrum mulierum. Que prenominata sancta Euphemia proiecta fuit puteum, in quo serpentes, et scorpiones erant, et illesa ab eodem puteo grati Christi exiuit.

AD sanctum Laurentium in carcere, in eidem viarum stratis, in quibus prenominata ecclesia sancte Euphemie est prope. Dicitur etiam ad Sanctum Laurentium ad fontes. Est etiam claustrum monalium. Ibique sanctus Lauretius Sanctum Hyppolitum, et Lucillum baptizauit.

& eos fidem christianam docuit.

AD sanctum Petrum ad Uincula in monte. Hic est statio in quadragesima & titulus Cardinalis. De reliquijs, & indulgentijs istius ecclesie infrascripta metra hec exponunt.

Hoc domini templum petro fuit ante dicatum.
Tertius antistes Sixtus sacrauerat olim
Ciuili bello destructum post fuit ipsum.
Eudoxia quidem totum renouauit ibidem.
Pelagius rursus sacrauit papa beatus.
Corpora sanctorum condens ibi Machabeorum.
Apposuit petri preciosa lignamina ferri,
Illustris mulier que detulit ab hierusalem.
Et quibus est petrus neronis tempore vinctus.
Augusti mensis celebrantur festa calendis
Huc accedenti purgantur crimina cuncta.

¶ Item de his & pluribus reliquijs ponitur pulchre in tabula vbi plenius quisq; potest intelligere.

AD sanctam Mariam Araceli Capitolio in monte qui dicitur & mons Tarpeius vbi ascēditur per. c. xxviij. gradus. Ubi nunc est ecclesia antefuit Templum Iunonis Mōte & (vt ferunt) palatium Octauiani cui Sibilla (quem Romani vt deum adorare volebant) circulum aureum circa Solem ostendit, & in eodem virginem puerum in brachio tenentem, dicens ei. Hic maior te est. Postea construxit ibi vnum altare: & vocauit illud Ara celi. Oblationem fecit, & adorauit vnigenitum dei filium. Ad illud altare ponuntur sequēter versus sculpti in medio duarum colūnarum marmorearum.

Luminis hanc almam matris qui scandis ad aulam.
Cunctarum primam, que fuit orbe sita.

¶ Sunt in ista ecclesia infrascripte reliquie. Est ibi sepulchrū sancte Helene, que fuit mater Cōstantini. hic sepulti sunt sanctus habundus, sanctus Artenius, sanctus Abundantius. Ibidē est imago beate Marie virginis, quam sanctus Lucas depinxit in ea dispositione & forma qua stetit ad Crucem domini nostri Iesu Christi. De cuius virtute legi possunt in vna tabula posita circa illam imaginem miracula multa. Item ante chorum est vnus lapis rotundus, circundatus paruis cancellis de quo lege istos versus.

Christicole cuncti deuota mente tenete.
Tempore Gregorij q; sculptus sit lapis iste.
Angelicis pedibus bonitate, & numine Christi

Hanc Aram sancti Francisci continet ordo.

AD sanctos Angelos in regione sancti Angeli. Ibi est sepultus sanctus Simportianus cum socijs suis. Ibi sunt etiam Reliquie, que ponuntur diebus festiuis super altare. Qui Ro. vrbis est senator, offert omni anno huic ecclesie vnum calicem.

AD sanctam Mariam in Minerua in regione Pinee. In ista ecclesia sunt fratres ordinis. s. Dominici ratio nominis istius ecclesie patet in his versibus sequen.
Romanus populus coluit mirando Mineruam.
Nunc ibi christicolam colit orthodoxa Mariam.
Illius perijt fallax sapientia vbiqꝫ.
Vera per hanc mundo regnat sapientiam Christus.
Illa subacta iacet, Christi sapientia regnat.
Illa suis penas, hec nobis premia confert.
¶ Sunt in prenominata ecclesia infrascripte reliquie. De crinibus, ⁊ vestimentis beate Marie virginis. De tribus patriarchis Abraham, Isaac, ⁊ Jacob. De Daniele propheta. Item societas Romanorum ciuium multas elemosinas ibidem facit pauperibus ⁊ orphanis.

SAncta Maria rotunda olim templum omnium idolorum erat, nunc in honorem beate virginis Marie est dedicata, ⁊ consecrata, ac omnium sanctorum tertia, ⁊ septima die mensis Maij est ibi statio, ⁊ indulgentia. In diebus festiuis beate Marie virginis, ⁊ omnium sanctorum, est statio ⁊ indulgentia. In choro sub altari sepulta sunt corpora sanctorum Rasii ⁊ Anastasii.

AD sanctam Mariam magdalenam in regione Columne ibi societas Vexilli, seu Confalonis multa opera penitentie facit.

AD sanctum Eustachium in regione sancti Eustachij Anno incarnationis dominice. M.cxcvi. Anno. vi. Celestini pape. iij. Indictione. xiiij. in Dominica: qua cantatur Modicum, dedicata est ecclesia sancti Eustachij cum tribus altaribus: Et est constructa per dictum papam. Coadiutores autem fuerunt hij episcopi Octauianus Osten. Petrus Gallocia Portuen. Joannes Albanen. ⁊ Petrus Archiepiscopus Ageren. Nomina plurimorum Episcoporum assistentium ponuntur in sculptura instrumenti. In eadem ecclesia sunt he reliquie.
De ligno sancte Crucis domini nostri Jesu Christi.

D iid

De sanguine ipsius, de spinea corone, de vestimentis eius, De costa sancti Andree. De carbonibus sancti Laurentij, De reliquijs, sancti Eustachij, Theopiste vxoris, filiorum Theopiste, et Agapiti. Ponuntur etiam quedam capsule cum reliquijs super altare in festiuitatibus.

AD sanctum Saluatorem apud campum Martis circa templum Martis. hic est vna imago Saluatoris, que dicitur pietas.

AD sanctam Mariam montis celi in regione Regule. Hic est sepulta sancta Nimpha virgo sanctus Marcilianus Eps, apud istam ecclesiam sunt notabiles reliquie, et indulgentie.

AD sanctum Martinellum in regione Regule. Gualterius monachus. s. Saluatoris Reatinen. tempore Honorij pa. iij. a fundamentis redificauit ecclesiam istam. Hic est de vestimento, et tunica, quam beata virgo contexuit filio suo Jesu Christo.

AD sanctum Andream in eadem regione, in media via campi Flore, et platee iudeorum. Item Anno a natiuitate Christi. M. cccc. xlviij. fuerunt inuente digne reliquie in vna pelui, et vno vitro, que steterunt plusquam. cc. annis in isto loco, sicut patefaciebat scripture cum istis reliquijs reperta.

AD sanctum Blasium ad Annulum in regione Regule. hic est annulus sancti Blasii, quem detulit in dignitate episcopali in manu sua. Sunt quamplures reliquie in ista ecclesia, que in die sancti Blasii, et alijs festiuitatibus ostenduntur, ita vt bene videri possunt.

AD sanctam Barbaram in regione Parionis. In maiori altari illius ecclesie sunt posite he reliquie. De capite, et velo sancte barbare. De vestimento Uirginis Marie, Bartholomei apostoli, Margarite, Felicis, Lucie, Christophori: Sebastiani, Alexij, Marij, et Marthe de interula dalmatica sancti Laurentij, Apostolorum philippi et Jacobi, petronille, De capillis sancte Marie magdalene. De plurimorum sanctorum reliquijs, et indulgentijs habetur in scriptis ad altare maius. Etiam scribitur legenda beate Barbare, virginis matrice pulchre posita.

AD ecclesiam sancti Jacobi hispanorum nuncupatam de vrbe, concessit innocentius papa. viij. plenariam remissionem omnium peccatorum omnibus, et singulis, qui eandem ecclesiam in festo eiusdem sancti Jacobi apostoli, si

primis vesperis vsque ad occasum solis ipsius diei festi deuote visitauerint annuatim.

Ad sanctam Mariã de Anima, est hospitale Teutonicorum in quo cum maxima deuotione, ac diligentia diuina celebrantur officia. Et sunt huic ecclesie concesse multe indulgentie Cuilibet quoque Alamano vtriusque sexus datur tribus noctibus inibi hospitium.

Ad sanctam Mariam de pace, quam Sixtus papa. iiij. de nouo a fundamento edificauit, Eamque maximis indulgentijs dotauit, videlicet. Omnes, et singuli, qui eandem ecclesiam singulis festiuitatibus beate Marie virginis, scilicet, Annunciationis, Visitationis, Niuis, Assumptionis Natiuitatis, Conceptionis: et purificationis, a primis vesperis vigilie vsque ad occasum solis festiuitatum earundem. Necnon quolibet die sabbati totius quadragesime per totam diem deuote visitauerit, pro qualibet earundem festiuitatum, et dictorum dierum Sabbati, quo predictam ecclesiam visitauerint plenariam remissionem et veniam omnium peccatorum consequuntur.

Ad sanctum Laurentium in Damaso. in regione parionis apud campum Flore. Ecclesiam istam fundauit beatus Damasus papa primus, et dicauit, ponitur in festiuitatibus super altare vna capsa eburnea decorata, in qua plures capsule cum reliquijs sanctorum, quorum nomina vna cum istis capsulis in vna carthula scripta ponunt etiam vnum cyathum grandem vitreum, ex quo in die sancti Damasi homines sumunt potum ad honorem prenominati sancti Damasi, cuius virtute omnes homines confidunt se de febribus liberãdos. Titulus et sedes. Lardi.

Ad sanctum Blasium de panneta, in medio campi Flore, et pontis sancti Angeli, in viaque dicitur Florida, via. De istius ecclesie indulgentia: et reliquijs isti, et plures alij versus sculpti in lapide versus portã dant intelligere.

Hoc fuit inceptum renouari tempore templum
Vrbis alexandri romane presulis, anni.
Annus erat eius duo denus, et ipse secundus.
Annus milenus geminus tunc septuagenus,
Tempore, quo verbum concepit virgo supernum.
Durus in augusto currebat mense perusto.
Certa diadena et fuerant in dictio dena
Abbas Dominicus meritis et nomine dignus
Hanc edem cepit plene compleuit et idem.

Hicque crucis lignum posuit, venerabile dignum.
Et vestem diue genitricis quippe Marie
Andree sancti Blasij, Doricque Crisanti.

AD sanctum Celsum in regione Pontis, vbi nunc ecclesia est, fuerunt edes patris Celsi, qui cum sancto Juliano, et Basilissa corporaliter translatus est ad ecclesiam Sancti Pauli apostoli.

AD sanctam Mariam transpontinam. Jn ista ecclesia cernuntur adhuc ille due Columne, in quibus Beati Apostoli Petrus, et Paulus ligati fuerunt, et flagellati, quas omnes homines possunt pro deuotione quottidie attingere. Jtem in porta media istius ecclesie reperiuntur ista sculpta. Anno domini. M. cxxx. tempore Domini Gregorij pape. viij. Anno eius tertio. Die secunda Mensis Februarij. Tyberis creuit vsque ad hoc signum crucis, quod adhuc videtur in prefata porta.

AD sanctum Jacobum in medio Vie sancte ad sanctum Petri, et Castri sancti Angeli. hic dicitur esse lapis supra altare, supra quem oblatus fuit Christus in templo, quando Simeon susceperat eum in vulnas suas. Nunc dimittis seruum tuum domine etc.

Sistitur in templum puer, et Symeonis in vlnas
Accipitur cui danda quies, nam lumina serui.
Conspexere deum clarum iubar omnibus ortum.

AD sanctam Catherinam, non longe a platea Sancti Petri. Hic fuit claustrum mulierum. Jtem est ibi de oleo quod de sepultura sancte Catherine fluxit. Etiam de lacte, quod sanguinis loco de sancto corpore eius fluxit, quando decollata fuit.

AD sanctum Spiritum est hospitale, in quo fiunt magne elemosine, et misericorditer opera infirmis. Etiam omnes orphani infantuli congregantur ibi, et nutriuntur. Quod hospitale Sixtus papa. iiij. de nouo a fundamento maximis structuris renouauit, Magnam confraternitatem in eodem ordinauit. Ad quam ipse se sua ipsius manu cum pluribus Cardinalibus inscripsit. Et concessit omnibus, et singulis, qui intrant, et se ad eandem confraternitatem inscripti faciunt, quod eligere possint confessorem idoneum, qui eos absoluere possit ab omnibus peccatis, etiam a casibus papalibus sedi apostolice reseruatis, semel in vita, et in mortis articulo, totiens, quotiens opportunum fuerit, vt plenius continetur in quadam bulla desuper confecta. Estque proxima die dominica

Antonij,et pentecostes ibi statio,et indulgentia. Est ibi brachium sancti Andree,digitus sancte Katherine; qui clare in vno vasculo videri potest.Et plures alie reliquie.

IN capella Campi sancti. Hic sepeliuntur omnes peregrini,et pauperes cuiuscunque generationis. Sunt ibi multe indulgentie,et reliquie.

AD sanctum Pancratium per portam Aureliã extra muros et transtyberim. Ista ecclesia circũquaque porphyreticis lapidibus satis pulchre est decorata. Sunt hic recondita corpora infrascripta,videlicet.Sub altari maiori requiescit corpus sancti pancratij Episcopi,et martyris,et corpus sancti pancratij Militis,et martyris sub altari, quod est a capite huius ecclesie,et ad dexteram requiescit corpus sancti Victoris martyris,vnde dicebatur ecclesia sanctorũ Victoris,et pancratij martyrum, Sub altari,quod est in medio ecclesie requiescunt corpora sanctorum martyrum Malchi,et Madiani:corpus sancte Gotheris virginis.

Item in ea permanet nobile Cimiterium nominatum Caleopodij presbyteri et martyris. In quo quidem cimiterio est sepulchrum beati Calixti pape et martyris , in quo permansit per multos annos corpus eius.Demum translatum est ad sanctam Mariam transtyberim,et Canonici ipsius ecclesie quotidie faciunt cõmemorationem de eo. Iuxta quam ecclesiam sancte Marie videlicet versus portam portuẽ.est proxima ecclesia ipsius sancti Calixti, ecclesia vero antedicta sancte Marie per ipsum Calixtum constructa fuit. Requiescunt insuper reliquie seu corpora sanctorum martyrum,et virginũ in predicta ecclesia,quorum nomina scripta sunt in libro vite. Que quidem corpora videri possunt manifeste,et tangi,sed nullatenus transponi, quia excõmunicatio papalis est, nisi fiat ex speciali licentia Sanctissimi dñi nostri pape:et voluntate ipsorum Monachorum in eadem ecclesia,et monasterio persistentium.

FINIS.

STATIONES IN Quadragesima.

In die Cinerum feria quarta ad sanctam Sabinam.
Feria quinta ad sanctum Georgium.
Feria sexta ad sanctos Joannem, et Paulum.
Sabbato ad sanctum Tryphonem.
¶ Dominica prima ad sanctum Joannem in Lateraneñ. et ad sanctum Petrum.
Feria secunda ad sanctum petrum ad vincula.
Feria tertia ad sanctam Anastasiam.
Feria quarta ad sanctam Mariam maiorem.
feria quinta ad sanctum Laurentium in palisperna.
feria sexta ad sanctos Apostolos.
Sabbato ad sanctum Petrum.
¶ Dñica secunda ad sanctam Mariam in navicula.
Feria secunda ad sanctum Clementem.
Feria tertia ad sanctam Balbinam.
Feria quarta ad sanctam Ceciliam
Feria quinta ad sanctam Mariam ad fontes olei.
feria sexta ad sanctum Vitalem.
Sabbato ad sanctos Petrum et Marcellinum.
¶ Dñica tertia ad sanctum Laurentium extra muros.
Feria secunda ad sanctum Marcum.
Feria tertia ad sanctam Potentianam.
feria quarta ad sanctum Sixtum.
Feria quinta ad sanctos Cosmam, et Damianum.
Feria sexta ad sanctum Laurentium in Lucina.
Sabbato ad sanctam Susannam.
¶ Dominica quarta ad sanctam Crucem in Hierusalem.
Feria secunda ad Quattuor Coronatos.
feria tertia ad sanctum Laurentium in Damaso.
feria quarta ad sanctum Paulum.
feria quinta ad sanctum Silvestrum.
Feria sexta ad sanctum Eusebium.
Sabbato ad sanctum Nicolaum in carcere Tuliano.
¶ Dominica quinta ad sanctum Petrum.
feria secunda ad sanctum Grisogonum.
feria tertia ad sanctum Quiricum.
feria quarta ad sanctum Marcellum.
Feria quinta ad sanctum Appollinarem.

Feria sexta ad sanctum Stephanum in Celiomonte.
Sabbato ad sanctum Joannem ante portam latinam.
¶ Dominica sexta ad sanctum Joannem in Lateraneñ.
Feria secunda ad sanctam Praxedem.
Feria tertia ad sanctam Priscam.
Feria quarta ad sanctam Mariam Maiorem.
Feria quinta ad sanctum Joannem in Lateraneñ.
Feria sexta ad sanctam Crucem in Hierusalem.
Sabbato ad sanctum Joannem in Lateranñ.
¶ Dominica in Pascha ad sanctam Mariam maiorem
Feria secunda ad sanctum Petrum.
Feria tertia ad sanctum Paulum.
Feria .iiij. ad sanctum Laurentium extra muros.
Feria .v. ad sanctos Apostolos.
Feria .vi. ad sanctam Mariam Rotundam.
Sabbato ad sanctum Joannem Lateraneñ.
¶ Dominica in albis ad sanctum Pancratium.
Sunt etiam speciales stationes in quadragesima ad sanctam Mariam de populo omni die a medio quadragesime vsqȝ ad octauam Pasche aperitur, ⁊ ostenditur imago beate Marie virginis.
¶ Item .xx. die Martij est statio ad Sanctaȝ Crucē in Hierusalem. in isto die possunt intrare mulieres in capellā sancte Helene, ⁊ non alio tempore per totum annum.

STATIONES POST PASCHA.

Item in die sancti Marci conueniunt omnes reliquie per totum Romam, ⁊ fit vna generalis processio de Ecclesia .s. Marci vsqȝ ad sanctum Petrum.
In ebdomada rogationū feria .ij. ad sanctum Petrum.
Feria .iij. ad sanctum Joannem in Lateranñ.
Feria .iiij. ad sanctam Mariam maiorem.
¶ In die Ascensionis domini ad sanctum Petrum, illo die ostenditur ordinarię vultus sanctus.
¶ In die penthecostes ad sanctum Petrum.
Feria .ij. penthe. ad vincula Petri.
Feria .iij. penthe. ad sanctum Anastasium.
Feria quarta quattuor temporum ad sanctam Mariaȝ maiorem, ⁊ ad sanctum Petrum.

Feria.v.ad sanctum Laurentium extra muros.
feria.vi.ad sanctos Apostolos.
Sabbato ad sanctum petrum.
¶ Stationes quatuor téporum mensis septembris.
Feria.iiij.ad sanctam Mariam maiorem
Feria.vi.ad sanctos Apostolos
Sabbato ad sanctum petrum.

¶ Stationes in Aduentu.

Dominica prima ad sanctam Mariam maiorem.
Dñica secunda ad sanctam Crucem in Hierusalem
Dominica.iij.ad sanctum petrum.
Feria.iiii.quatuortemporum in Aduentu ad sanctam Mariam maiorem.
Feria.vi.ad sanctos Apostolos.
Sabbato ad sanctum Petrum.
Dominica.iiii.ad sanctos Apostolos.
In vigilia natiuitatis domini ad.s.Mariam maiorem.
In die Natiuitatis Christi in primo Gallicantu ad sanctam Mariam maiorem in Capella ad presepe Dñi nostri Iesu Christi.Quam capellam mulieres nunquam intrant.
In aurora ad missam ad sanctam Anastasiam.
In summa missa ad sanctam Mariam maiorem.
In die S.Stephani ad sanctum Stephanũ in Celiomonte.
In die sancti Ioannis ad sanctam Mariam maiorem, & ad sanctum Ioannem in lateranũ.& ad sanctum Siluestrum,In isto die ostenditur caput sancti Ioannis baptiste.
In die Innocentum ad sanctum Paulum.
In die circuncisione Dñi ad sanctam Mariaꝫ ad fontes olei.
In Epiphania Domini ad sanctum Petrum.
Dominica in septuagesima ad.s.Laurentium extra muros.
Dominica in sexagesima ad sanctum Paulum.
Dominica esto mihi,ad sanctum Petrum.

FINIS.

Rome apud Antonium Bladum Asulanum.
1550.